

R. M. 113
AD ILLUSTRISSIMUM,
ET REVERENDISSIMUM
DOMINUM LAELIVM BRANCATIVM
TARENTINORVM ARCHIEPISC.



TARENTINAM historiam non eo quidem animo ab initio scripseram, Praesul amplissime, ut posse aliquando in lucem prodire, et ab omnibus legi sperarem, quia & ob vetustatem adeo mihi obscura videbatur, ut non sic facile ederetur, quae perspicua ceterarum urbium more, quandoque innotesceret: & ipse profecto à labore, quem inchoaueram, penè desistere cogitabam, tentatiq; operis me poenituerat, cum quae dispersa erant, tanquam Osiridis, Absyrtiq; disiecta membra ex varijs in vnijs quasi corpus locis collecta redigere, & quae tandiu ex animata, mortuaq; iacuerant, ad vitam cogerer quodammodo excitare. Ad haec tanta erat veterum monumentorum, & librorum inopia, ex tot domorum, tot urbium incendijs, quae ab hostibus tota Italia, non modò regio nostra fuerat perpeisa; tanta literatorum hominum paucitas, quorum in re adeo occulta, ne dicam perplexa, atq; à memoria nostra maxime remota, opus erat, ut lectione, familiaritate, ac colloquio destitutus, hic apud nos quid veri, quidue certi scriberem, non perspicere viderer. At ubi primum & literis multorum, & certis nuncijs audiui, Gregorio xij. felicissima recordationis Pontifici maximo, qui optime perspexerat bonam erga te opinionem ac liberalitatem Pij V. praedecessoris sui (iam enim sciuerat is, quod pijs Neapoli operibus ab adolescentia vacaueras, & Incurabiliu hospitalli magna in pauperes Caritate, domibus etiam ibi paratis te addixeras) & Philippo Austro Regi nostro tam potentissimo, quam prudentissimo placuisse, ut Hieronymo S. R. E. Cardinali de Corrigo vita functo in Tarentinorum Archiepiscopum tu praecipue ex tam multis Surrentina Ecclesia dimis-

AD ILLUSTRISSIMUM,
ET REVERENDISSIMUM
DOMINUM LAELIVM BRANCATIVM
TARENTINORVM ARCHIEPISC.



TARENTINAM historiam non eo quidem animo ab initio scripseram, Praesul amplissime, ut posse aliquando in lucem prodire, et ab omnibus legi sperarem, quia & ob vetustatem adeo mihi obscura videbatur, ut non sic facile ederetur, quae perspicua ceterarum urbium more, quandoque innotesceret: & ipse profecto à labore, quem inchoaueram, penè desistere cogitabam, tentatiq; operis me poenituerat, cum quae dispersa erant, tanquam Osiridis, Absyrtiq; disiecta membra ex varijs in unum quasi corpus locis collecta redigere, & quae tandem ex animata, mortuaq; iacuerant, ad vitam cogere quodammodo excitare. Ad haec tanta erat veterum monumentorum, & librorum inopia, ex tot domorum, tot urbium incendijs, quae ab hostibus tota Italia, non modò regio nostra fuerat perpeffa; tanta literatorum hominum paucitas, quorum in re adeo occulta, ne dicam perplexa, atq; à memoria nostra maxime remota, opus erat, ut lectione, familiaritate, ac colloquio destitutus, hic apud nos quid veri, quidue certi scriberem, non perspicere viderer. At ubi primum & literis multorum, & certis nuncijs audiui, Gregorio xij. felicissima recordationis Pontifici maximo, qui optime perspexerat bonam erga te opinionem ac liberalitatem Pij V. praedecessoris sui (iam enim sciuerat is, quod pijs Neapoli operibus ab adolescentia vacaueras, & Incurabili hospitale magna in pauperes Caritate, domibus etiam ibi paratis te addixeras) & Philippo Austro Regi nostro tam potentissimo, quam prudentissimo placuisse, ut Hieronymo S. R. E. Cardinali de Corrigho vita functo in Tarentinorum Archiepiscopum tu praecipue ex tam multis Surrentina Ecclesia dimis-

sa sufficereris, cepti statim de te mihi polliceri ea omnia, quae ab Heroe magnanimo, quae à peruigili pastore, quae à parente tandem amantissimo essent cuiq; expectanda: Cogit auq; bene cum laboribus meis actū esse, & spe maxima erectus dixi meum, dixi cum ijs omnibus, qui me amabant, haec praefectū erit via certissima, per quam lucubrationes huiusmodi nō diutius occultentur, non despiciantur, non mutila iaceāt, ac imperfecta, sed tuo clarissimo protecta nomine latissimè pateant, amentur, perficiantur. Et quidem illud ipsum, quod futurum erat, praesagiuit animus, neq; non modo non falsus est, sed omni etiam oraculo ferè veracior, id quod res erat, praesensit. Vix enim te ad nos recepisti cum pontificia dignitate, quae à duobus totius Christianae Reip. principibus maximis dignissimus fueras existimatus, vix in Regia hac Urbe nostra honorificentissime fuisti exceptus, vix (inquam) in tuam Ecclesiam ab omnibus Tarentinorum ciuium ordinibus, illisq; frequentissimis alacri comitatu fuisti deductus, et statim me in tuorum contubernium cooptasti, cooptatumq;, quae tua est liberalitas, & propensum in viros aliqua virtute insignes & praeditos ingenium, largam porrigendo dexteram sustentasti, ac mea studia, qualia, et quātulacumq; illa esse perspexeras, heroica familia tua antiquissima, semperq; illustris magnitudine fouisti. neq; tot contentus officijs, quae plurima fuisse nostri omnes perspexerunt, me Neapolim vsq; patriam tuam praclarissimam ferè inuitum vnā tecum adduxisti, ibiq; nō in desidia atq; ocio viuere, non in familiaribus tuis, vel tuorum negocijs occupari, sed in illis tantum studijs, quae deliberationi meae deseruiret, voluisti, modò, libris ex refertissima tua bibliotheca, quam multos ab hinc annos pro sacerdotum in eodem Incurabili hospitali commorantiū collegio comparaueras, aliorumq; peruoluendis, modò doctissimis viris (qui nō pauci fuerūt) consulēdis, ut quid praeter ea, quae ipse domi annotaueram, sciri posset, quodq; me latuerat, à prima Urbis nostrae erectione, ad hac vsq; tempora cum perdidicissem, scribendi stylo deducere elegantiore. Et iam ad Colophonem (ut aiunt) res deuenerat summaq; operi manu imposita, nihil erat reliquum, praeter vnū, ut scilicet liber ad promum perueniret: id fieri haud quaquam poterat, nisi ad pralum asportaretur. Et iam decreueras me tecū vnā Almam Urbem sacrorum liminum visitationem obiturus adducere, ut inde opus exiret excussum, cum aduersa, quae mortaliū omniū

commu-

communis est miseria; detentus valetudine non absq; vita discrimine non modo eò non es profectus, sed tuo nomine alios delegasti, id quod & ex supplici libello, et ex literis ab Antonio Carafa Cardinali amplissimo ad te datis, atq; in extremo opere adscriptis apparuit. Vnde oportuit, ut Neapoli id perficiendum curares, benignitati cum nouam, tū excellentiorem adiiciens benignitatē, aere tuo, quicquid impenso opus esset persoluturus. Vtq; à liberalitate id ortum tua, quod res erat, ac beneficentia, non aliunde, neq; ab Ambitione, cui semper te inimicū exhibuisti, omnes cognoscerent, omnes quasi manibus attrectarent, nequaquā passus es, ut tibi adeò de me his tam multis, alijsq; perceptis officijs optime merito, sed ciuibus meis, quos tu semper ut filios iam inde ab initio pontificatus tui amaueras, atq; instruxeras, & quos hodie ut Carissimos habere, amplexariq; omni (ut ille dixit) officio ac potius pietate non desinis, opus ipsum dicaretur quod sic factū esse plane constat, ipsos enim solos alloquor, ipsis rationem consilij mei aperio, ipsis cur tam diu ad operis emissionem cōmoratus sim, respondeo. Haec scripsi, ut ab alijs tanta erga me tua prospiceretur munificentia, cui mea ut ināpar esset grati animi significatio, ut satisfaceret. Sed illud certissimū fore confido, ut semper me plurimū tibi debere & domi, et foris profitear, tibi (inquam) quem semper eum esse iudicauit, semper alijs, quando opus fuit, predicauit, & quo aduua predicabo, qui apud nos prodesse magis, quam praesse viderent, totusq; in eo esset, ne ullis abs te pratermitteretur officium, quod optare, aut certē sperare poteramus à Praesule religiosissimo, & a patre erga filios indulgentissimo. Est & alterum, quod, cum aliud prestare nequeam, me nunquā praeteriturum, sed dam spiritus hos reget artus assidue me obseruaturū promitto, ac recipio, ut Deum optimum maximū pro tua dignitate ac salute assidue exorem; è vita enim tua, cum caput sis, nostram omnium, qui membra sumus pendere, ut soluto ac quieto viuamus animo, non modo Surrentini, quibus antea praesueras, sed multi ex nostratibus experimento profitentur, ij praesertim, qui aliquando alterius fuisse sententia demonstrarunt. Vale.

Illustrissima & Reuerendissima Amplitudinis tuae

Humilis ac perpetuus seruus

Ioannes Iuuenis Tarentinus.

¶ 3 CAR-

CARMINA AB OCTAVIO SCALFO

SANCTIPETRINATE ARTIVM MEDICINÆ
DOCTORE, ET PHILOSOPHO MISSA.



DAVDABVNT alij Creten, Colophona, Rhodumq;
Nestoriamq; Pylon, Macariamq; Cyprum,
Aut Menelaoam Sparten, patriasq; Mycenae,
Nulla Tarentino gratior ora solo.
Hanc Deus ipse manu pater æquoris edidit Urbem,

Et sua vel geminis mœnia cinxit aquis.
Inq; vi cem ludunt vario freta concita motu,
Altera in alterius profuit vnda finum,
Et quamvis pateat cunctis mare puppibus vnum,
Non patet inuita puppibus Vrbe fretum.
Faucibus angustis, & iacta mole superbus
Est aditus, clausi gurgitis vna via.
Hic sine lite domos posuere in limine ciues,
Tutaq; securis mœnia facta viris.
Cæruleaq; alludit vicini gurgitis vnda
Ante fores Vrbi, ciuibus ante pedes.
Non metuunt Cilicum venuras nocte Carinas,
Neue ferat patrias nauita penus oues.
Non circumfusas acies, non arma Gelonum,
Non ea, quæ poterunt castra mouere Getæ;
Vrbs gemino præcincta mari, gratissimâ tellus
Agricolis, grata & militibus patria.
Aufaq; Romanas olim contemnere turmas,
Et prius excidium, quam leuiora pati.



CATALDI MORONI TARENTINI

C A R M E N.

QVAM patriæ debet ciuis, tam soluit, & addit
Plura Tarentinæ conditor historia.
Pro patria fit dulce mori, sed vixeris vnâ
Dulcius in totas notus olympiadas.



E I V S D E M.

ASPICE 've inuitis tenebris, & gurgite lethes,
Post sua fata Taras sydera nostra colat.
Dormierat, nomenq; simul, cineresq; sepultos
Saxa eadem secum continuere diu.

Nunc

Nunc tam en excitum tumulo sensere parentem
Ciues, & lachrymas dedidicere suas.
Doctus Ioannes tot commoda reddidit vrbi,
Cuius sæpè legent sæcla futura decus.
Qui quia semper erit celebris, nec damna senectæ
Sentiet, à Iuuenum nomine nomen habet.



PAVLI PORTARELLI SACERDOTIS MASSENSIS.

C A R M E N.

HERCVLEI primus qui mœnia prisca Tarenti
Condidit, atq; Vrbi nomina clara dedit;
Auxerit illius quantum vel regna Phalanthus,
Iapygij blando tractus amore sinus;
Et quam fortiter proclare robore gentis,
Extimuit cuius Martia Roma duces:
His faueat quantum terris clementia Cœli,
Vndarumq; pater, Liber, & alma Ceres,
Pandit Ioannes lingua facundus vtraq;
Fama Tarentini non minor ipse soli.



ΓΛ' ΣΠΑΡΟΣ ΠΙΞΕΑΡΕ ΔΑΔΟΣ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ

Τετράστιχον.

Ὅστις ἀναγνώσῃ τὰδε, χαίρήσεις ἑρατεινῶν
Εὐράν ἰσορίας, καὶ πολὺ ἀφῆλμον.
Ὅνκεν ἐκ λήθης Ζοφοειδὸς ἄστὴ παλαιῶν
Λαμπρὸς Ἰωάννης εἶλεκε Τάραντα πόλιν.

ΚΑΤΑΛΑΔΟΥ ΜΟΡΩΝΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ

Εξάστιχον.

Εἰς αἰῶνας ἐμὴ αὐθιγὴ πατρίδα κόσμος·
καὶ γονεὺς ἀδ' ἡς οὐκ ἔσεται λαβέμεν,
Ἄψας γὰρ λυχνὸν φήμις θεοείκελε πρόβου,
Τεθνεῖται μνημὴν εἶλεκε ἐξ αἰῶνα.
Ὅδ' χάριν ἔχε χάριν σαυτῷ κενεκεν πατρίδα,
Εἶνεκα σοῦ λαβεῖν τὸν βίον ἀθανάτων.

Ἄ' υτοῦ εἰς αὐτόν.

Ποντῶμα δὸν μὴ πάλτε τάρας σῆς δ' ἄρα τριαινῆς,
Μηκέτι δεσφίνας ξεύγνιθι τοῦ πατέρος.
Πτέρυγας ἐν νεῶσι δύο σοῖς μακαρεσσιν ἔθικα
Δίος Ἰωάννης τῆ δ' ἔνεχ' ἰσορίας.
Σχῆς μέρος ὅμῃ κόσμου κριτλῶν σῆς δ' ἄρα τριαινῆς
Ἄνθ' ἰππων δὲ πατέρεσ' κτρύγας εὐλογίας.

Ἰλλο

ILLU.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO
DOMINO LÆLIO BRANCATIO
ARCHIEPISCOPO TARENTINO
IO. FRANCISCVS LOMBARDVVS.

SPECTAT ad Historiam mollis quodcumq; Tarenti,
Læli doctæ tuus perdocet hoc Iuuenis.
Nobilis Archytas patriam illustravit ut almam;
Sic Iuuenis claram, perspicuamq; facit.
Læli ergo felix, tanto qui ornaris alumno,
Qui Cœlum tangit vertice, laude, manu.

FABII IORDANI IVRECONSULTI
CLARISSIMI.
CARMEN.

NOBILIS obscura quondam sub nocte Tarenti
Delituit, stygio fama sepulta lacu.
Hanc Iuuenis reuocat, tristiq; abducat ab Orco,
Et calamo longa in sacula restituit.
Sic Ciui, & Patriæ par surgit gloria, Ciui
Quod facit hanc Iuuenem, quod tulit hæc Iuuenem.

FRATRIS AEGIDII SCALTONI
CRYPTAMINARDENSIS HIRPINI
Ordinis Minorum.
CARMEN.

CVI cordi est Urbis clarissima facta Tarenti,
Noscere, in historiam ritè redacta nouam;
Lumina ad hunc vertat scriptum miro ordine librum,
Quem Iuuenis docta texuit arte labor.
Illius hic patriæ discet cunabula caræ,
Et qui condiderit mœnia prima Taras;
Heroas priscos cernet, feriemq; nepotum,
Qui celebres armis, quiq; fuere toga.
Quam superi faueant Cœlo, terræq; mariq;
Et quam sit flagrans religione fides.
Ergo Tarentini Auctori persoluitæ grates,
Daphnæaq; viri cingite fronde caput,

INDEX

INDEX CAPITVM, IN QVAE
QVISQVE LIBER DISTINGVITVR.

Capitula primi libri.

VAE initio alicuius Urbis describendæ gratia perquirantur. Cap. I pag. 19
De Tara primo Urbis conditore, quiq; de illo meminerint. Cap. 2. pag. 19
Taram quò de agimus, non esse illum, cuius in sacra scriptura fit mentio. Cap. 3. p. 22
Qua ratione falsi sint pleriq; in Tara inueniendos. Cap. 4. p. 23
Taras cur Neptuni filius, & de ipso Neptuno. Cap. 5. p. 25

Capitula secundi libri.

DE Phalantho, qui Tarentum auxit, cuius filius, de oraculo illi dato, aduentu, recessu, & morte. Cap. 1. p. 29
Tarenti epitheta pleraq; Phalanthi gratia à poetis & historicis notata. Cap. 2. p. 34
Alibi non esse huius nominis urbem, obiter de ludis sacralibus, & aliquando aliud habuisse nomen. Cap. 3. p. 37
De sinu Tarentino, & de Sicilia nomine. Cap. 4. p. 39
De agro Tarentino. Cap. 5. p. 43
De forma, ambitu, & munitione Urbis, ad hæc de insulis occasum versus sitis. Cap. 6. p. 49
De principatu Tarentino. Cap. 7. p. 52

Capitula tertij libri.

QVI post Phalanthum Reges. Cap. 1. p. 54
De Archyta Tarentino. Cap. 2. p. 55
Commemorantur & alij illustres viri, qui inter Tarentinos recensentur. Cap. 3. p. 64
Politiarum genera, & de ritu Tarentinorum. Cap. 4. p. 79
De Tarentinorum nummis ac signis. Cap. 5. p. 82

Capitula quarti libri.

DE Tarentini agri fertilitate. Cap. 1. p. 87
De Tarentinorum piscatu assiduo. Cap. 2. p. 94
De Tarentinorum delicijs. Cap. 3. p. 101
Quæ Tarenti accidisse ferantur. Cap. 4. p. 104

Capitula quinti libri.

DE Vetusioribus Tarentinorum bellis. Cap. 1. p. 110
Bellum quod Tarentini gessere cum finitimis barbaris. Cap. 2. p. 3
De Cleonymo Spartano, & Agathocle Syracusanorum Tyranno. Cap. 3. p. 115
Quæ fuerit inter Romanos, & Tarentinos similitudo origo. Cap. 4. p. 116
Initium belli inter Tarentinos & Romanos. Cap. 5. p. 118
Metonis Tarentini oratio, ne Pyrrhus accerseretur. Cap. 6. p. 120
Cynæ ad Pyrrhum sermo de abstinentia ad Italiam aduentu, belloq; ibi gerendo. Cap. 7. pag. 121
Pyrrhi naufragium in mari Ionio, quando Tarentum appulerit, & de Caduceatore ad Romanos misso. Cap. 8. p. 123
De errore ex armis regijs concepto: de Romano exercitu fugato, de numero occisorum, & de Pyrrhi animo ob victoriam elato. Cap. 9. p. 125
De eo, quod Pyrrhus fecerit fugatis Romanis, illorum exercitus augetur: legatio Cynæ: auctoritas Appij cæci. Cap. 10. p. 127
De Romanorum legatione, & Caij Fabricij virtute: quomodo Pyrrhum commonefecerint, & de mutuis donis. Cap. 11. p. 192
Secunda Pyrrhi, & Romanorum pugna apud Asculum: accersitur Pyrrhus à Siculis, ut Carthaginenses effugaret: Tarentum tandem remeat. Cap. 12. p. 132
Tertium & vltimum bellum inter Tarentinos, & Romanos per Pyrrhum, & de eius ab Italia recessu. Cap. 13. p. 136

Capitula sexti libri.

DE fœdere inter Tarentinos & Carthaginenses facto. Cap. 1. p. 140
Tarentini quidam iuuenes Annibali promittunt sui populi societatem. Cap. 2. p. 142
Annibal à Tarentino agro Castra mouet, & de fœctio quando fieri capta. Cap. 3. p. 143
De signo, quod Annibali iuuenes coniurati derant pro aperiendo hostio. Cap. 4. p. 144
Annibal postea Temenetida Tarentum ingreditur. Cap. 5. p. 146
Philomenus porta altera iuxta consuetudinem ingre-

INDEX CAPITVM.

ingreditur. Cap. 6. p. 148
 Annibal quam humanissimè Tarentinos alloquitur. Cap. 7. p. 149
 Annibal cum Tarentinis in de munienda vrbe consilium. Cap. 8. p. 150
 De Consilio Annibalis pro oppugnanda arce, & de nauibus per vrbe transfuehendis Cap. 9. p. 151
 Accersitur Annibal à Campanis, vtq; Tarentinorum arcem linqueret, exoratur. Cap. 10. pag. 152
 Punica classis Tarentum è Sicilia accersitur, & Tarentini bellum nauale gerunt cum Romanis. Cap. 11. p. 154
 De Quinto Fabio maximo Cos. qui Tarentum à Carthaginensibus recuperauit. Cap. 12. pag. 156
 Prædæ à Romanis in expugnatione Tarentina acquisitæ declaratio. Cap. 13. p. 158
 Quæ gloria Fabium profecuta ob captum Tarentum. Cap. 14. p. 159
 Tarentum & Salentinos Prouincias, Tarentinos Municipis, & Colonos fuisse. Cap. 15. pag. 161

Capita septimi libri.

Tarentum quando fuerit instauratum. Cap. 1. p. 162
 Quid Longobardorum, quid Sarracenorum temporibus Tarenti euenerit. Cap. 2. p. 164
 De Bohemundo primo Tarentinorum principe, Constantia vxore, & Bohemundo paruo. Cap. 3. p. 167
 Sequuntur & alij Tarentinorum principes à pagina 170. vsq; ad finem libri.

Capita octauis libri.

DE Tarentina Ecclesia, & de aduentu principis Apostolorum, & Marci Euangeliste Tarentum. Cap. 1. p. 198
 De Beato Cataldo. Cap. 2. p. 201
 Quomodo fuerit inuentum corpus beati Cataldi, de eius translatione, & de ligature inuentione. Cap. 3. p. 208
 Connumerantur & alij Archiepiscopi à folio 210. vsq; ad finem libri.

ELENCHVS SCRIPTORVM QVOS IN HAC TARENTINORVM HISTORIA IOANNES IUVENIS AVCTORES HABVIT.

<p>A.</p> <p>ABLATIVS. <i>fol. 62</i> Acron. Adagiorum liber. Aelianus. AEmilius Probus. AEneas Syluius. Agathius. Agellius. Alcmeon. Alexander ab Alexandro. Ambrosius Calepinus. Ambrosius Leo. Ammianus Marcellinus. Andreas Matthiolus. Angelus Politianus. Antiochus. Antonius Augustinus. Antonius de Turrecremata. Antonius Galatheus. Aphthonius. Appianus Alexandrinus.</p>	<p>Archytas. Aristophanes. Aristoteles. Aristoxenus. Arnobius. Artemidorus. Athenæus. Ausonius Gallus.</p> <p style="text-align: center;">B.</p> <p>BEda. Baptista Pius. Bartholomeus Platina. Berosus. Blondus Forliuensis. Budæus.</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p>CAELius Rhodiginus. Cæsar. Callimachus.</p>	<p>Camillus Porcius. Carolus Sigonius. Cassianus. Casiodorus. Cato. Catullus. Cenforinus. Cicero. Claudianus. Claudius Marcellus Victor. Clearchus. Clemens Alexandrinus. Columella. Cornelius Celsus. Cornelius Nepos. Cratinus. Cornelius Tacitus.</p> <p style="text-align: center;">D.</p> <p>DEmosthenes. Didymus. Diodorus Siculus.</p>
--	---	---

Dioge-

ELENCHVS.

<p>Diogenes Laertius. Dionysius Apher. Dionysius Halicarnassæus. Dionysius Lambinus. Dion. Dioscorides. Diuus Antoninus. Diuus Augustinus. Diuus Hieronymus. Dominicus Marius Niger. Dominicus Picinmetius. Donatus Grammaticus.</p> <p style="text-align: center;">E.</p> <p>Elysius Calentius. Empedocles. Ennius. Ephorus Cumanus. Epicharmus. Epicurus. Epigramm. Græci Floril. Etymologiales. Eudoxus. Euphorion. Euripides. Eusebius. Eustathius.</p> <p style="text-align: center;">F.</p> <p>FAbius Pictor. Fabius Quintilianus. Felinus. Fenestella. Festus Pompeius. Franciscus Floridus. Franciscus Gonzaga. Franciscus Petrarcha. Franciscus Robertellus.</p> <p style="text-align: center;">G.</p> <p>Galenus. Georgius Lilius. Georgius Trapezuntius. Germanus Valens. Glossa interlinearis. Gorgias Leontinus. Gregorius Trifernas. Guarinus Veronensis. Guido Ruennas. Gulielmus Canterus. Gulielmus Pontinus. Gulielmus Rouillius. Gulielmus Tyrius. Gyrardus Lilius.</p>	<p style="text-align: center;">H.</p> <p>Henricus Glareanus. Hercules Ciofanus. Hermippus. Hermogenes. Hermolaus Barbarus. Herodianus. Herodotus. Hieronymus Magius. Hieronymus Mercurialis. Hippafis. Hippocrates. Horatius. Hugo Falcandius.</p> <p style="text-align: center;">I.</p> <p>Ianus Parrhasius. Ianus Pulfius. Ioannes Barrius. Ioanne Boccacius. Ioannes Bohemus. Ioannes Franciscus Rubeus. Ioannes Iouianus Pontanus. Ioannes Lucidus. Ioannes Magnus. Ioannes Naucerius. Ioannes Sedennius. Ioannes Stobæus. Ioannes Tacuinus. Ioannes Tzezes. Ioannes Villanus. Ioannes Zonora. Iordanes. Iosephus. Iouita Rapifius. Isocrates. Iulianus poeta. Iulius Firmicus. Iulius Pollux. Iuuenalis.</p> <p style="text-align: center;">L.</p> <p>Lactantius Firmianus. Lampridius. Leonardus Aretinus. Lucanus. Lucianus. Lucius Anneus Seneca. Lucius Florus. Lucius Parthenopæus. Lucius Taruncius Firmanus. Lucillius poeta. Lucretius. Lucetius Grammaticus.</p>	<p style="text-align: center;">M.</p> <p>MAcrobius. Magister historiarum. Marcus Antonius Moretus. Marcus Antonius Sabellicus. Marcus Pacuuius. Marcus Varro. Marinus Freccia. Marfilus Ficinus. Martialis. Martianus Cappella. Michael Riccius. Myrtilus.</p> <p style="text-align: center;">N.</p> <p>NAelius. Natalis Comes. Nicander. Nonius Marcellus.</p> <p style="text-align: center;">O.</p> <p>Onnufrius. Oppianus. Ouidius.</p> <p style="text-align: center;">P.</p> <p>PAlladius. Pamphilus Siculus. Paulus Diaconus. Paulus Iouius. Paulus Iurisconsultus. Paulus Mannuccius. Paulus Orofius. Pausanias. Perrus Bembus. Petrus Crinitus. Petrus Victorius. Philolaus. Philostratus. Phurnutus. Pindarus. Plato. Plautus. Plinius. Plutarchus. Poggius. Polybius. Pomponius Lætus. Pomponius Mela. Porphyrius. Procopius. Propertius.</p>
--	--	---

Pro-

E L E N C H V S .

Ptolemæus.
Pyladas,
Pythagoras.

Q Vadrigarius.
Quinctus Curtius.
Quinctus Marius Corradus.
Quinctus Septimius.
Quinctus Serenus.

R Aphael Volaterranus.
Rhinthon poeta.
Robertus Monachus.
Romulus Amasæus.
Rondoletius.

S Alustius.
Scholiastes Theocriti.
Sempronius.
Seruius.

Sidonius poeta.
Silius Italicus.
Solinus.
Sophocles.
Stattius.
Stephanus Niger.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius.

T Hales Milesius.
Theocritus.
Theodorus Gaza.
Theognides.
Theophrastus.
Theopompus Gnidius.
Thesaurus linguæ Græcæ.
Thesaurus linguæ Latinæ.
Thomas Fazelius.
Thucidides.
Tiraquellus.
Titus Lilius.
Trebilius.

Trogus Pompeius.

V Alerius Antias.
Valerius Maximus.
Valerius Picius.
Valerius Probus.
Varinus.
Vegetius.
Velleius paterculus.
Verrius Flaccus.
Victo beta.
Vitruius.
Virgilius.

X Enophanes.
Xenophon.
Xiphilius.

Z Acharias Lilius.
Zeno.
Zosimus.



D E
ANTIQUITATE ET VARIA
TARENTINORVM

F O R T V N A .

L I B E R P R I M V S .

IOANNE IUVENE EORVM CIVE

A V C T O R E .



P R A E F A T I O A D C I V E S .



VRBIS nostræ historia, quam ut edetem, sæpenumero postulastis, quotidianoq; conuicio efflagitastis, futurane sit literatis hominibus grata, non sat scio. Atq; ut tamdiu de ea edenda ambigerem, rationes multis quidem partibus plures, & illæ (ni fallor) haud leues confuebant, quæ omnes ut meum apud me magis valeret consilium, utq; ab incepto tunc desisterem, quando sine famæ discrimine & possem & liceret, me commonebant. Res in primis Tarentina adeo ob vetustatem cimmerijs (ut aiunt) tenebris obscuratur, totq; sæculorum cursibus ab ætate nostra remouetur, ut à primordio eam paruo aliquo volumine comprehendere nullo modo valerem; quin (ut censeo) scriptor ille inter latinos quidem tam grauisissimus, quam eloquentissimus (quicquid de Patavinitate dicant) qui populi totius quondam orbis terrarum principis, idest Romanorum res gestas miro artificio luculento sermone lacteâq; sua illa eloquentia à Troianorum clade ad Augustum vsq; Cæsarem est profecutus, id tentare non ausus esset. Et cur nostro hoc in argumento minus quam in suo trepidasset celebris illustrisq; nominis Lilius, si prima Tarentinorum origo Romanorum incunabulis vetustior absq; vlla dubitatione cognoscitur? Apud eos, qui veterum monumenta literis prodiderunt, erit qui nullo negotio inuenire queat, quo mundi naturæq; to-

A tius

tius anno, qua Olympiade, qua die, quaque hora iacta fuerint Urbis Romae fundamenta: at nostra incerta, quis unquam certe legisse contendet, cum primo erecta fuerint? Natalis dies huius Patria est appellatus, hoc est (ut multi interpretantur) ante diem xi. Kal. Maias: at huius nostrae qui primus annotetur, neque audisse, neque legisse ad huc memini. Si annum ab Orbe condito in illa quæres, quater millesimum, quadringentesimum ac quadragesimum notauit Eusebius. Si Olympiadem, sextam refert, annumque eius tertium ex Solis deliquio admirabili nec aliis uiso Lucius Taruntius firmanus Mathematicorum præstantissimus. Si denique diei ipsius horam, secundam, & ante tertiam Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, in Scorpione, Sole in Tauro, Lunaque in Libra constitutis, idem Taruntius dum Varroni, & Cæsari studet obsequi ex ijs quæ Romulo passim acciderunt, obseruauit. Nihil horum, quæ de Roma dicta sunt (quantum ipse sentio) poterit de Tarento proferri non modo aliqua scriptorum fide, sed ne leui quidem coniectura ab ijs, qui magno conatu rimantur, quæ sunt ob antiquitatem abditissima. Obuersabatur etiam oculis prope, non modo animo, quod semel atque iterum legeram apud Platonem diuinum illum (ut dicunt) philosophum. Is dum scribentibus confuleret, siue ab onere eos potius auerteret grauisimo, dicere erat solitus, si rem amicis per gratiam se non facturos animaduertent, si nulla adhiberetur menti, qua perspicacior fieret, exercitatio, si demum oblunda senectute genita nullum afferretur remedium, carerent ne in casum laborarent. Et quid horum, quæ dicta sunt, ad scribendum mouere me potuit? Amici de me potius ipsi optime sunt meriti, quippe qui, antequam hæc colligerem, uiderant quæ scribi possent, neque fuissent ad calamum suscipiendum ingressus, nisi illorum consilio operaque fretus. Ingenij autem exercitatio in hoc studio per exigua uidebatur, quantulus enim quisque, uel parum eruditus ad hunc scribendi stylum non uenisset? Cumque opus ipsum multis ante sæculis pene mortuum iacuisset, is non era, qui tanquam A Esculapius ad vitam reuocarem, de quo iam fuerat conelamatum. Recusabam præterea huiusmodi laborem, quem inchoatum iam ut minime deponerem, contendebatis, quod instituendis in seminario uestris adolescentibus occupato ad rem tantam nostris maioribus neglectam, uel potius ignoratam, vacuum & liberum tempus non concedebatur. Nec uos præterit eam esse historiae naturam, ut nullo pacto confici possit, nisi ab eo, cui nulla occupata opera, neque impeditus animus, sed præparatum ac reconditum ocium redundaret. Mouit tandem me, & prope inuitum impulit, ut uoluntati, & dignitati uestræ, ciues, subcisiuis saltem horis paucorum lectione scriptorum, qui haberi in hoc extremo Italiae angulo potuerunt, morem gererem, non me ipsum in re tam ferua audire, ingens patriæ amor, quæ cum uniuersis iuxta prouerbum sit iucundissima, eadem carior esse debeat, quam

quam filij, quam parentes, quam amici, quam quisque sibi. Ea enim sola parentum est parens, ea filiorum, ea amicorum, ea omnium quæ possidentur, larga donatrix. Profecto, si ut natura ipsa docet, multorumque exempla confirmant, sanguinem quis non effuderit, & mortem, quam latinus Homerus pulchram appellat, ubicunque opus fuerit, pro illa non oppetierit, ac instar anei inuri hostibus se obijciens, sponte non subiecit, ingrati, & pene dixerim, impij nota non carebit, quantum magis qui laborem, ut eam ornaret, non substituerit? Præclare scriptum à Platone ad nostrum Archyram quis uestrum non legit, quis à suis præceptoribus non audiuit? Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria sibi vendicat, partem amici. Quid turpius, quid indignius esse potest, quam in omnibus sinere, ut à bellis vincamur? sint alie perniciosissimæ, sint fortissimæ alie: uiuant multa uel tertiam hominum partem, quam Nestora Pylum uixisse fabulantur. Graeci, sint contentæ cibis nullo cogente creatis: non laborent pro uestimentis: ac primum initio uitæ sint illa libera: natura sunt hæc munerata, que hominibus in his omnibus est nouercata, non industria, ubi superari ab illis per iniquum est & indignum, atque utinam aliquando non superemur. Auibus carissimi sunt proprii niduli, errantibus feris cubilia illa dumosa gratissima: piscibus iucundissima suæ cauernæ: & solus homo poterit non amare, poterit odio aliquo in patriam inuehi, cuius fumum alieno (ut aiunt) igne luculentiorum Ithacus Heros prospicere ex optauit, adamauitque Theseus, Grecorum fortissimus, non Ariadnem, quam neque uidit, neque cognouit. Sed uereor ciues ne dum me patriæ charitati deuinctum committor ostendere, & ingrati cuius notam exhorrescere, nimis uehementi desiderio ornande illius detentus ab alijs redarguar. Et quod Ephoro Cumanorum oratoris hoceratis in dicendi facultate auditori accidisse dicitur, illud ipsum mihi uel multo inhonestibus accidat. Carpitur enim Ephorus, quod cum res à patria gestas non haberet ut eas cum alijs in sua historia dinumeraret, neque imperare sibi posset, ut eam relinqueret in dictam, rupit in hanc uocem. Ea tempestate Cumanorum quietem agebant. Dicam græcè ut iucundior historia uideatur. *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν κατὰ κριμαίαι τὰς ἡρωϊκὰς ἡγῶν.* Hoc unum, quod Ephorus dixit ab acutulis ingenijs animaduersum, ipsis mouit risum, nam dum aliquam obscure, tunc oppido dignitatem uerbis illis afferre speraret, magis illius ignobilitatem patefecit. Sic ipse non modo risum, fortasse inuidis, & obrektoribus, sed & cachinnos commouebo quod tam multa collegerim, quæ longum de rebus maiorum nostrorum struerent uolumen. At me reficit magnopere, & recreat hoc, quod nostræ Urbis nullus unquam audebit ignobilitatem obijcere, cum nobilissima inuitis omnibus semper fuerit. Præcipue cum non multis gradibus inferior Roma ipsa aliquando credita sit. Et ne uanum ac mendacem me iudicent, qui critici uocantur, uel Momi, quorum hoc semper fuit ingenium, hic mos, ut nihil ipsi uel lo-

4
 querentur saltem, & aliorum opera oculatis, vt cum Plauto dicam, manibus tractarent, & nimis curiose contemplarentur, in medium aliqua proferam, vt intelligatur id ita esse, vt dixi. Sicut igitur Roma sic Tarenti primus ortus, cum fabulosum Augustus. Dijs uterq; adscribitur, vel obuectustatem, quod verissimum iudico, vel ob maiorem Urbium auctoritatem. Fuit hic veterum scriptorum usus, vt cum vera non occurrerent & certa, ad fabulas perfluum tanquam ad sacram, vt aiunt, anchoram, haberent. Apud Herodotum historiae principem, ac parentem; apud Theopompum Gnidium Thucididis discipulum, quod dixi, inuenies. Romulus ergo Romam condidit, Taras Parentum. Ille satus Marte, hic Neptuno. Bellorum Deus alter habitus, navigationis alter, quia & populus Romanus bello potentissimus erat futurus, re nautica & maritima Tarentinus: licet hic & aliquando armis operam dederit, & ille quam terra, tam mari clarissimus. Europae sinu tertia sed pulcherrima, & illustrissima partis orbis, & Roma, & Tarentum adificata, atq; in Italia, illa tamen in latio, haec extra latium, & in Iapygia, ac Messapia. Uterq; populus reliquis terrae partibus omnibus, quae tunc innotescerent domi, ac militia cognitus. Tremuit quondam Romano milite Africa, tremuit Asia: formidabilem & Tarentinum utraq; experta est hostem. Celsissima apud Romanos non ubi primum iacta sunt fundamenta, sed post domitas bello armiq; provincias fuisse quantulo cunq; illae tunc comprehendebantur numero artes, quas in genuas, ac liberales vocant. Sed nec minore studio cultae apud maiores nostros, id quod nomen magna Graeciae non obscure indicare tradunt quo in loco Pythagorica imprimis disciplina per multa quidem viginti secula: nam in illa clarissimi viri florere quorum haud scio an principem locum non tenuerit Archytas, ipse enim inter condicipulos Alcmeona, & Philolaum Crotonatas, Hyppasum Metaponti ortum, Epicharmum Comum, Empedoclem Agrigentinum, & alios quam plurimos, qui Pythagorae dicebantur, ijs ferè diebus quando L. Brutus Tarquinij expulsis patriam tyrannide liberauit, tanquam Lucifer inter stellas emicare visus est. Duces Romani exercitus atq; imperatores non nisi longa serie grandiq; catalogo ab ijs qui cronologiam scribunt disponuntur, & Tarentinae militiae non succurrerent pauci, ex quibus primas vt in mathematicis Pythagoreisq; studijs Archytas longè est promeritus, cum Nicomacho cui à frequentiore quam in pugna assequeretur victoria nomen inditum videtur: & cum Dinone, cuius virtutem rei q; bellicae peritiam ornatissimè describit Plutarchus eheroneus. Nec exprobrent mihi inuidi quod peregrinis, & aduenis aliquando tum Regibus, tum Imperatoribus obtemperasse Tarentinos legatur. Et Aristophilipi Crotoniatae, Alexandro Molosso Agatocli Syracusano, & Pyrrho Epirotarum Regi in militia ab ipsis electo duci paruisse: nam & qui Romulo succedere non omnes intra urbis pomeria orti,

sed

5
 sed nec omnes è latio oriundi. Curibus Numma Pompilius accersitus: Ancus Martius, L. Tarquinius peregrini, Numae ex filia neposille, hic Damarati Graeci filius, qui in Hetruriam primò è Coriatho cum Cypseli dominationem pati nequi ret, Romam mox aduenit, ommitto reliquos, qui si Reges fuere, ipsi tamen non omnes ex Regibus orti. Obijcient aliqui Iunios, Valerios, Lucretios, Mutios, Menenios, Largios, Martios, Quintios, Fabios, & ceteros his aequales, obijcient Camillos, Scipiones, Pompeios, Caesares quorum Heroum infinitus penè est numerus: obijceremus & nos ciues nostros quam plurimos, si seruum nostrarum antiquissimarum cura prisca non fuisset scriptoribus gravis & ingrata: vel si fors nimium iniqua non fuisset, neq; praclaris, ac magnificis nostrorum principum rebus inuidisset, vt merito quantum Alexander Philippi ob Homerum, Achilli inuidiae contraxerit, tantum & Tarentini possent alijs populis, quibus fortuna nunquam non improba magnificos tribuisset viros, qui parua ad modum facta usq; ad sidera eleuarent. Sed quale in mihi effingo partem? Assyrios, Medos Persas, Lacedaemonas, Macedonas Athenienses bellicosissimos olim populos, & potentissimos nolunt Graeci, nolunt Latini Historici Romanis conferre, & ipse Tarentinis, vel pares ausim scribere? Romanorum ciuitas adeo se extendit imperio, vt vniuerso terrarum orbi fuerit dominata: nec modo mari praefuit nostro intra Herculis, quodcunq; est, columnas, sed in Oceano diuisiq; toto orbe Britannis: ac tempus quo regni clauum tenuit, non breue sed diuturnius quam cuiusuis Reip. ex praedictis populis. Res quidem ita se habet, nec que fore arbitror qui mecum non affirmauerit, at quis item non profitebitur omnia, vel multa scriptoribus licere dum praecipue patres nostri iam inde ab vrbis per Taram condita, & per Phalantum aucta usq; ad Pyrrhi aduentum sua ditioe potiti, tamen, & si non tanta, in gloria vixere: nam & pluribus populis, quos à Liuijs, Polybio, Diodoro, Dionisio, licebit agnoscere, imperarunt, ad eo vt nomen eorum ipsis etiam Romanis aliquando formi dolum, extiterit. Nam qui me continere potero, vt ea his tam multis non interferam immisceamq;, quae religiosissimum iam inde ab initio gentilium errore, deinde in Christiana orthodoxa salutariq; fide constantissimum indicant Romanum, & Tarentinum? Non tamen non lubentissimè promptoq; (vt de beo) animo profiteor, & quo ad spiritus hos reget artus profitebor, nec sinas vnquam Deus optimus & clementissimus, vt aliter aliquando profiteri demens audeam, Romanam scilicet Ecclesiam eam esse, & eam fore usq; ad nouissimum orbis diem, qualis & à primo erectionis lapide fuit, quae ceterarum omnium, quotquot in christiana republica sunt, domina sit, parès, atq; magistra: sola felicitatis culmen adepta, quod ipsi soli vniuersam doctrinam ecclesiasticamq; disciplinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt: vbi Petrus passioni dominicae adequatur: vbi Paulus Ioannis praecursoris exitu corona.

coronatur: vbi tandem hodie Sixtus V. summa animi virtute religiosissime ac piensissime praesidet. ab hac nunquam desciscere visa est Tarentina Ecclesia, nunquamue desiccat: hanc tenet ac tenet radicem: hanc agnouit semper, agnoscitq; genitricem. Sed vt ab Ethnica superstitione ad ita se habere paucis demonstram, prout communis omnium ferè gentium, quibus (vt in Iudaea) Deus verus, qualis quatenusq; esset, trinus & vnus non cognoscebatur, in idolorum cultu status erat deterrimus. non enim tantum Delphij Apollinem venerabantur, suum, Naxos Liberum, Lemnos Vulcanum, Paphos Venere, Samos Iunonem, Athenae Mineruam, Romani Quirinum, quantum Tarentini Neptunum, quem huius urbis custodem poeta Venusius appellauit. Hic etiam suum habebat cultu Apollo Hyacinthus, hic Iuppiter Apollinis pater, in cuius templo ad hanc ferè sententiam iussu Pyrrhi Epirotarum Regis iacita fuit victoriae memoria, quam de Romanis non sine magna Tarentini exercitus iactura acquisierat. Qui antehac inuicti fuere viri, pater optime Olympi, hos ego in pugna vici victusq; sum ab eisdem. hic colebatur Hercules, cuius statua, Lyssipi opus, à Fabio maximo Romam asportata in Capitolio iuxta aeneam ipsius victoris equestrem statuam fuit locata. hic Satyrorum, hic Nympharum aedes magna veneratione custodiebatur: vt omittam Deos ceteros, quos Tarentinis iratos relinqui Fabius idem respondit scribae interroganti, quid de illorum signis fieri iuberet. In christiana autem salutari ac coelesti religione quis vnquam negare auderet, equendam esse Romanæ Ecclesiae Tarentinam? siquidem testatum est apud nos patrum memoria, apostolorum principem secundo Caesaris Claudij anno, Hieronymo in scriptorum ecclesiasticorum catalogo ita scribente, cum ad expugnandum Simonem magum Marco, qui eius erat discipulus, comite Romam comearet, naufragio nauis qua vehebatur ad Tarentinos Hidruntum diuertisse, quos cum idolis & Soli maxime, quem ante aqua haustum adorabant, obnoxios tam perditè conspiceret ad fidem IESU CHRISTI tum praedicatione, tum signis conuertit: Amasianumq; illis praefecit Episcopum, quem Marcus Euangelista adeo incuruum, vt coelum suspicere nulla ratione posset, illis psalmographi verbis Dominus erigit elisos, summa omnium qui intererant admiratione, ad pomarijanuam sedentem erexit. Et quoniam Apostolorum princeps principi omnium quae habitabantur urbium debebatur: vbi & Petri ipsius nauicula erat conseruanda: Amasiano, quem pastorem eis dederat, haud multo post ad beatiorum vitam fortunatissime accersito, reuersos ad idolorum cultus, vt canis redit ad vomitum, Tarentinos centesimo & sexagesimo anno post domini ad patrem ascensum, Aniceto syro tunc pontifice maximo beatus CATALDVS ab Hibernia vsq; exteri maris insula oriundus ad pristinam reuocauit fidem, iussus à Deo ipso vt id faceret, posthabito heremiticae vitae in Hierosolymitanis partibus proposito.

posito, quem diuim gloriosissimum & miraculis in tota Italia ne dum Iapygia clarissimum si antea nunc vero maiore quadam sanctione patronum, & tutelarem habemus auctoritate Gregorij xij. pontificis maximi, quem, vt officium tanti pastoris per vigilis ederetur, oraculo Gulielmus Sirletus Cardinalis sibi facto, licentiam concessisse, ac dedisse testatur. ab eo tempore vixere deinceps, & viuunt Tarentini sub amplissimis pariter & Christianissimis praesulibus, quorum omnium vel plurimorum suo loco non mediocri videbitur series LAELII Brancatij, qui hodie nobis in pontificatu sanctissime praesit, industria & sudore edita, atq; in historia reposita. Mania, arces, lapidibus stratae viae, suburbia, insulae, sublicij pontes, tecta, ciues in suas dispersam classes, magistratuum honorifici gradus, leges, instituta, mores, ludij, certamina, non minus Tarenti, quam Romae visebantur. Quid dicam de nobilissimo Theatro, desuuijs Galeo & Tara celeberrimis? Quid de calise maritima, de portu, quem christianarum nauium veluti peragium ante ingressum in Echinadibus victoriam Ioannes Austriacus Philippi inuictissimi frater designarat? Quid de fontibus, lacubus, paludibus, aqueductis, nescio an alibi tam magnifice visis? Quid deniq; de cloacis ac diuersorijs? Haec quidem omnia vel pari vel non longè dissimili inferioreue apparatu, cultu, industria, apud vtrosq;. Sed nec tot vtrobique portae: verum & Temenetida tam celebris, quam alie quaeuis apud exteros: ea continentem intuebatur, & in illa urbis plaga, quae ampliore aream complectebatur, cuius meminisse Lippium nulli obscurum arbitror. Forum, si Straboni credimus, amplissimum, & in omnium ore ob Iouis colossum aere fabrefactum, eximia post Rhodiu magnitudinis, multi nostris diebus in exstructione arcis notae conijciebant prope locum, vbi Theatri vestigia detegebantur, & id ex grandioribus effossis lapidibus, continuusq; magna arte & summa impensa exstructis parietibus. Aquaeductum quis vnquam talem viderit? omitto veterem, qui urbem ex orientali continente, & superiore loco ingrediebatur: in eo quae cernimus, quo fruimur, quo vicinis urbibus totiq; Iapygiae inuideatur, montes altissimi conspiciuntur perfossi, exaequatè conualles, exstructi arcus tanto artificio, per quas modo lapidei, olim ex creta fictiles tubuli, praeter subterraneos, & canales etiam structiles, crustatos, & cæmentitios (vt sic dicam) situantur. locus vnde tubulorum initium Trygli dicitur, Crispianae abbatiae ager. Laudabile Senatus consultum, quo agrorum possessores prohibentur, ne riuos violarent. proximi ductus, qui à quinto miliario oblongo constructi sunt lapide, maiore quadam obseruantur cura, nec tantum quia operis sunt magni, sed quia facile effringerentur, & aqua urbem ipsam destitueret. Scripsit Iulius Frontinus librum de Romanorum aquaeductibus, scripsisset & de nostro, si Tarentum aliquando diuersisset. Surgit in sublime aqua ipsa (vt cernitur) non plumbeis laminis, neq; fistulis denum (vt praecipitur) pedum longis,

in multis Italiae urbibus Antonianas fues. Suidas. Αφήτορος, ου καμότερον, αλλά του πυβίου, οτον άμοφήτορος, δια το οιον εις λόγους έρχεται τοις χρησιμωδουμένοις. Αφτοι εις ηεραβόαι, sacra boues & dimissa. και απολαυμένα, Varinus.

Αφράπιος, από τδ αφράσειν, αφραίνεν, κ μαραινεν, dementem esse, & fatuum: dicebatur autem αφράπιος η έκαστη, Hecate, Luna, quasi non stabilis a verbo αφράπιω, quod significat inconstantem esse. vnde Triformis dicta est, quia nunc in cornua, & propè vacua surgit: nunc diuisa est: nunc orbe plena. Sunt qui has in Luna varietates obseruant, συνοδον idest coniunctionem, quæ & νεομανία dicitur, nouilunium, interlunium, primatio, μιννοείδα idest primam Lunam, quando apparet corniculans, falcata, nondum semiplena. διχοτομον, ήμιτόμον idest semiplenam vel dimidiatam, quam vulgus appellat septimam. άμφοκύρτον idest gibbosam, turgidam, & tunc vndecima est. πανσέληνον, plenilunium in oppositione Solis, quod tempus decima quinta Luna vocatur. Pythagoræi quaternas Lunæ a Sole recedentis formas obseruabant, ea enim est nascens vel oriens, Corniculata, gibbosa, & plena.

Αχέλουρις, τ άχυρων ποιμνις. Grex quidam, fortasse legendum τ χοίρων idest porcorum. το άχυρον palea, άχυρωνιονος. stabulum palearum. Αχράδ αμυλλος, οκχαλιας. Cochlea, quali aspera, concha. άραις, δοε. spine genus pyrastrum. Columella.

Palmitibusq; feris latatur, & aspera syluis

Achrados, aut pruni lapidosi obruta pomis

Gaudet.

Βανιάται. αιδόσι, κ μη ήθύνεις άδοι. το δε αυτο κί βάνιατοι. obliquæ & non recte via, a verbo βήμι pro έβη dicitur sæpè apud poetas βή κί βία, pro έβαν, quod ipsum est έβησαν, βάσις gressus. βατήρ qui graditur, seu incedit. Βάρκα, αιδόσιον, κί πέρων. pudendum, & fibula: pudendum autem intelliges fæmineum. Βάρκη πόλις λιβυις, η ηω πολεμιάς καλουμένη. Βαρκάιος, λιβυοις. Βαρκάειν το βαρβαρίζειν. Βάρις genus nauigij voce Iona, qua Bariū in sinu Adriatico oppidum dicitur est. & apud ipsos Tarentinos Barca vulgaris est appellatio piscatorij nauigij.

Βασιλίδα, παιδίασ ήδος, η βασιλιας, η κρατιότας απομυμωμένοι εχρώντο. Basilinda etiam legitur latinis literis in Calepino nouissimè edito. Lusius, quo Rex aliquis forte factus laboriosum quiddam ministro similiter forte factò imperitabat. Βασιλινδα ήω βασιλειαν exponit Suidas. vide etiam Iulium Pollucem. Sed & apud Tarentinos Βασιλίς dicta est Venus. Adscripti verba Gyrardi Lili ex Syntagma- te decimo tertio. Basilis Venus à Tarentinis vocata fuit, vt ait Hesy chius, quasi Regina. vnde & lusius quoddà genus, quo ij, qui Reges ac milites imitabantur, vterentur: idest quum ducta forte aliquis Rex creatur, & imperat ei,

qui

qui deinde simili sorte & ipse Rex imperat. quod lusius genus inter Iustiniani leges quidam trahere visi sunt, vt titulo de ludo alex. nam Regindalia esse existimabatur, quæ Βασιλινδα Græcè à Polluce, Suida, & alijs dicta est. Et si amicus meus Rhindalcha à distortis naribus, quasi Rhinocalcha libentius legere cõlouerit: & nescio quo pacto ad Cottabū transferre voluerit. hæc ille.

Βατας ο καταφερής. pronus, procliuis multa de hac voce leguntur in Adagio Βατακάρας. quod de pinguibus dictum exponunt, & impotentibus. nam vt quæ sunt viuido ingenio, caput erigunt, sic capite esse dejecto hebetioris ac se- gnioris animi signum esse solet. τών αδυνάτων est adi Suidam, qui & per Diastolen legenda hæc duo verba addit Βάτα κάρας. Apud Gulielmum Pontinum Cornelij Celsi enarratore leguntur hæc verba. Nam quod de Batis in myrtetis arulis, parum ad rei, atq; artis disciplinam confert: ad ostentationem nouis- se, & curiositatem non nihil facit. Hesy chius Βατας Ταραντάνους, hoc est Tarentinos esse docet. est enim Τάρας Græcè, quod Tarentum latine dicimus, Calabriae Vrbs celeberrima. Stephanus, Βάτα, inquit, δημοσ εις της αιγιδος οιλιας. quare in agro Tarentino Batas hæc in myrtetis, vt vocat Celsus, sitas fuisse arbitror, vbi è tellure sulphurea, vel alioqui valde feruida materia affecta, euaporatio exhalet æstuosa. quæ verba quid sibi velint, medici ipsi videant, qui norunt in Celso locum.

Βάριον, ήξύβαρον. acetabulum, acetarium, vasculum infundendo aceto paratū, in quod intingitur panis aut caro.

Βελαρμιας, Βελάρχας. scribendum potius Βελάρχας. vt sint qui telis, & armis publicis curandis præfecti sunt.

Βρουκος, άμρίδων είδος Ιάγες. κύπριοι δε τίνω χλωραν έκρίδα, Βρούκαν. Ταραντινοί άπείλαβον. ήτεροι άρου- ράιαν μάστιγ. Bruchus insecti genus locusta. D. autem Hieronymus άπείλαβον ait par- tiam esse locustam & bruchum, quæ modicis pennis reptans potius quam vo- lans, semperq; subsiliens, obeam causam vbicunq; orta fuerit, vsq; ad pulue- rem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ, abire non potest. Viridè bruchum vocant Cyprii, rursus D. Hieronymus, Confertur Artelabo, & lo- custa, quæ in die frigoris eo quod auolare non possit, relideat in sepe, & po- stea orto Sole ex illius ardore calefacta exiliat, & ad alias regiones aduolans nequaquam meminit sepi, in quo tempore frigoris resedit.

Γαλιό μάντις, ούτοι κατά τίνω σικελίαν άκησαν, και γένος τιάσ φησι φανόδημος, και Ρήθηον Ταραντινοί. Vantes qui Sicilia inhabitant, & genus siue familia quædam, vt tradunt Phanodemus & Rhinthon Tarentini. γαλιός mustellus, piscis, canis, cunicula.

Γολύριον, κέλυφος οίκειον. oculorum inuolucrum naturale. & est κέλυφος cortex exterior, putamen, crusta, siliqua: & Aristoteles in historia animalium κελύφια ή κελύ- κινων, cortices, seu crustæ, quibus cancri integuntur.

Γραιβία, ή γραιτία, πανήγυρις. nundina.

δαίμα,

Δ.

Δάμα, ασιθαμίν, κμ το εγκωλον του χιλιου, στήμονα δὲ Ταραντίνου. palmus & inuolucrum funi- culi. Stamen. palmum autem magnum intelligas id est mensuram, quæ fit a pollice ad minimum digitum manu extensa, mensura duodenium digito- rum. lege adagium, Spithama vita. ασιθαμή τῶν βίου, quod refertur à Diogeniano;

Δάμια. ἑορτὴ παρὰ Ταραντίνους, Festum quoddam apud Tarentinos, fortasse Cere- ris, δαμάτηρ Doricè pro δημήτηρ Ceres. addam ad hæc quod legitur apud He- rodotum de Damia Dea. Cum Epidaurus infructuosa esset, ciues Epidaurij in calamitate, quam quotannis patiebantur, Delphicum consuluerunt oracu- lum, quibus Pythia respondit, eis tum demum benefuturum, si Damia & Auxesia simulacra erigerent. petentibus autem ciuibus vtrumne ex ære, aut ex lapide facienda? responsum fuit è neutro, sed ex oleagino ligno: at cum vix vsquam gentium ea tempestate oleæ, præterquam Athenis inuenirentur, Epidaurij rogarunt Athenienses, vt fas sibi esset oleam ex eorum agro incidere. ea lege Athenienses cōcessere vt, Poliadi & Erecteo sacra dona mit- terent. quæ cū perfecta fuissent, & Epidaurea tellus fructifera ac sacra quotā- nis reddita: & cætera, quæ apud illum legenda essent in Terpsichore. Hoc genus sacrificij in operto fiebat iuxta alios in honorem Bonæ Deæ, dictum à contrario, quod minimè esset δαμοσίον hoc est publicum. ipsa quoq; Dea, quæ- cunq; erat, dicebatur Δάμια, & Sacerdos Δάμιας.

Διασκάσαι. διασκεδάσαι, diuulgare, disseminare, dispergere, disijcere, dissipare.

Δρήμιος, ἢ ὄρχήστρα, ἢ Διονυσιακῶν θεάτρου. Orchestra Dionysiaci theatri. Est verò Or- chestra locus in scena, in quo scenici artifices suas actiones exhibebant, & propriè est chori, sicut scena histrionū. teste Polluce. est & locus in theatrō, vbi Senatores sua habebant subsellia. Dionysiacum appellauit Theatrum, vbi recitabantur versus dithyrambici in honorem ipsius Bacchi, qui & Di- thyrambus cognominabatur, quod bis natus veluti ianuas penetrarit duas.

Δρήμιον. fugio thema est inusitatum.

Δυσχεδέστερος, κακοπροπόστερον. magis improbum. χεῖρ ἄνικα, πρ. animalia quibus fissæ, & fulcatæ sunt vngulæ. παρὰ τοῦ χίρην, ἢ ὄνυχον.

Ε.

Ελευτέριος Ζεὺς. θ, aspirata litera in tenuem, τ, conuersa apud Tarentinos, Syra- cufios, Plateanfes, Cariosq; cultus fuit. ελευθέριος Ζεὺς apud Thucididem, hinc ελευθέρως liberaliter, ingenuè, vt ελευθέρως πεπαλειμένως. & notat Suidas paradoxū μόνος ελευθέρως ὁ παυδάμιος, οἱ δὲ φαῖλοι δούλοι. multa leges de hoc Iouis cognomine apud Liliū Syntagmate secūdo. Eleutherius, liberator, saluator. Illud autē obiter non videtur prætereundum, quandò Iouis Epithetum attigimus, apud Salen- tinos, qui populi sunt in ipsa Iapygia iuxta Tarentū, Iouem fuisse dictum Mē- zana, cui auctore Festo in verbo October equus, dicatus equus viuus in igne conijcie-

conijciebatur, Menzana autem quid sibi velit non dum reperi. Ζαν Ζανός, apud- Dores Iuppiter est, vnde Ζαμενής iracundus, vehemens, vnde Ζαμενής κερωνός id est vehemens & impetuofum fulmen. & scimus Iouem dici fulminatorem, to- nantem. alijs Menzana oppidum est Salentinorum, vt ibi nempe Menzana, esset hic vsus de iniiciendo in ignem equo.

Εξάγων χαλόν τραγίσκιον, παιδιᾶς εἶδος παρὰ Ταραντίνους, ludi genus. educo claudum hir- culum, exiguum hircum. ἔξιμος temulentus apud Athenæum.

Ελευθώ, ἢ μία ἢ εὐλοβήτων, ἢ ἐπὶ ἀνόμον δημήτηρος, apud Tarentinos & Syracufios dicta est Iuno, quæ eadem esse legitur cum Cerere. hæc vox ελευθώ à verbo ελεύθω quod significat Venio, dicta est, qua ratione à latinis dicta est Lucina, à veniendo, quod inuocatur, vt puer veniat in lucem. Phytnutus lib. de natura Deorum. Hanc (lucina) sibi occurrere placidam, parturientes precantur, petuntq; vt sinus constrictos leuiter soluat, facilemq; minusq; laboriosum largiatur partum, quæ eadem & ελευθώσα id est veniens scilicet ad parturientes, nomi- natur & in Epigrammatum lib. florido. μόχθον ελευθώσας ἀκούσας, ἢ εὐλοβήτων, templum Iouis. εὐλοβήσα lucina à verbo (vt diximus) ελεύθω id est venio.

Εργαλεῖον. ἔργα σήριον, instrumentum, ferramentum artificum, officium, taber- na textrina, in qua tela textitur. adhuc hodie Tarentinæ mulieres appellant corrupta voce, Argalio. Est & nomen genericum, nam & ἐργαλεῖα γεωργικὰ in- strumenta rustica apud Pollucem. & ἐργαλεῖον, ἔργοντι, apud Suidam.

Ερπῆν Syracufij & Tarentini pro ire ponunt. vt semper vsurpat Theocritus. latini dicunt reperere. Vergil.

Jma susurrantes reprobant ad vada lympha.

Et Caprarum est reperere, vt alibi idem.

— Deserta reprobant ad caua rupis.

Et vt à serpo dicitur Serpens, ita à repo dicitur reptile, & ab ἔρπω ἐρπίς.

Ερωτίον, ἐρώμενον: imaguncula Cupidinis, & nomen proprium meretriculæ in Epigrammat. At ἐρωτίδιον festum amoris Thespianibus apud Athenæū, quod à Plutarcho ἐρωτικά appellatur, quo de festo scribit Zeno Cittienfis, vt refert Laertius.

Εσβοθόν, εἶδος παιδιᾶς. genus ioci, ludi, ἔσβη, ἔσβέδη, ἀπάυσμα. Suidas.

Εσταλωπία, ἢ ἢ ἰματίων ἀγορά. forum, vbi venduntur vestes, forum vestiarium.

Εστυκα, ἐνίοτε. interdum, interim, aliquoties, ἐστυκάς. οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐστυκάς ἀνὴρ. Sui- das. quid si ἐστυκάς per, η, legendum & non per, υ, nam vt animus quiescen- do, & sedendo fit prudēs, sic è diuerso dū stat nihil graue cogitat. οὐδὲν μέγα φρονεῖ.

Θ.

Θυλακίση, τὸ ἀπακτείντι ἐπὶ ὄνον μετα θυλάκου. exigere aliquid pertinens cum panario. θύλακος vas farinarium. prouerbium est, cum sacco adire, quo significabatur, vt cuiusq; petenti statim, quod peteret, exhiberetur. videndus est Paulus titulo.

titulo, de salut. & liber. Cap. Quod dicimus. θύλακος, ἢ ἀρτοθήκη. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, οἷς ἀλοιγὸν οὐκ ἐνεσθῆναι ἐν τῷ θύλακῳ Suidas.

Ἰπνάσια, γαστήρ, venter; τὰ ἰπνια stercus apud Callimachum. ἰπνίτης, panis furnarius idem in turno coctus, apud Athenæum. & Aristophanes in Cocalo ἰπνόν appellauit τὸν κοπρῶνα, id est sterquilinum.

Καπηλία, ἢ κρεατολισ, ἀγορά, Macellarium, carniarium forum. καπηλεία ars institutis. καπηλείον Cauponά, taberna, & qui Cauponam frequentat, καπηλοδότης appellatur. ἐμπηλός δὲ ὁ οἶνος, ὅθεν καὶ ἀμπελος. vinea. Suid.

Κλαυμαριόμενον, κλαίοντα. flentem, κλαύμα ploratus. κλαυθμῶν. γος. locus flentium. & κλαυμαρεῖται, κλαίει, ἢ κλαίει. Varinus.

Κυμίνδαλα, καταστροφή. subuersio, exitus rei. κυμίνδιος, ὁ αἶπος καὶ κυμίνδος, Suidas, κόμηδιος. αἰς, quis est, quam nonnulli noctuam interpretantur. Plinius nocturnum accipitrem, alij Aquilam, alij aliam auem.

Ἀπέλας, ἢ ἀπέλας, ἀπέλας, ἀπέλας, abiq, , Varinus. Apella, affectus pelliculae regentis glandem, adeo vt distrahi iam amplius non possit. formatur a latini vocem Apella ab, a priuatiua particula & nomine pellis, vt dicitur de Iudæis, qui (vt notum est) circumcidi solent. credat Iudæus Apella, dixit Horatius libro sermonum primo Satyra quinta, recutitus.

Λιθοβολία. scribit Pausanias in Corinthiacis λιθοβολίαν esse festum idem cum δαμνία. Quoniam Damia & Auxesia Deæ, de quibus in verbo Damia diximus in Trezeniorum seditione lapidatæ fuerunt. λιθοβολέω, lapido, lapidibus peto, lapidibus obruo. λιθοβόλητος lapidibus petitus. λίθος, βῶλος, βωμός, καὶ βῶσις, τὸ ἐν θῆ' ἐκκλησία θῆμα. Varinus.

Μάρα, κύων τὸ ἄστρον, ἢ ἀκμαιέτατον καὶ μα, οἱ δὲ πῶ σελήνῳ. Ταραντῖνοι δὲ μαριεῖν, τὸ κακῶς ἔχειν. οἱ δὲ τοῦ πατρῆου θυγατέρα, αἴθρας ἀδελφῶ. εἶναι. Canicula, summus æstus, Luna à nonnullis dicitur. Tarentini autem malè esse, malè habere dicunt μαριεῖν. alius est Prætifilia, Æthræ soror. est & Mæra Etymologiaris parca, fatum, sed Græcis dicitur, μάρω cum, ο, micro, ῖ, ota, non autem, αι, tertia, & non prima diphthongo.

Μέσα, Siculi & Tarentini τὰ αἰδοῖα. pudenda vocant, à fiti videlicet inde in obscænis versibus tam frequens est huius vocis vsus. Martialis. Lambebat improbos medios improba lingua viros. & Catullus ad Gellium.

— An verè fama susurrat,
Grandia te medijs tentare viri.

Verbum Fello apud Latinos, θηλάζω.

Μιλυκαῖος

Μιλυκαῖος, menstruus redditur latinè, vt παρθαρῶν μιλυκαῖαν vocamus foeminarum purgationem menstruam. Sed Tarentina voce à veteribus latinis dicebatur Manacus, sicut & Illyrienses, quos Βαρδιαίους, Græci vocabant, à Latinis eisdem Bardiaci appellabantur. Huius rei testis potest esse Victruuius, qui lib. nono dicit, Circinatio menstrui circuli agatur, qui Manacus dicitur. hinc multi contendunt barbaram illam vocem Almanac fluxisse, qua Arabes Kalendarium vocant addito scilicet suo articulo. non enim quod quibusdam persusum audio mera vox Arabica est, sed tantum in Arabicarum familiam recepta.

PRÆCEDENTES LITERAE VACANT

Tarentinis vocibus.

Πέτορά, pro πέτορα, dicebant Tarentini, vnde petoritum curus est Oscorum, quia quatuor haberet rotas, sicut Bisium fuit Galliae Cisalpinæ. Sed aliter Agellius. vide illum. quid si à verbo πέτομαι deducatur? vnde πέτομνος, φερόμνος.

Ράδανροι, οἱ λαχάνων κηπουροί. hortulani qui oleribus dant operam, ab ῥάων quod tutari notat ραδανόν, & ραδινόν, gracile, tenue, mobile.

Ράξια, τόπος ἴδιος ἰατροῦ. locus medici proprius.

Ρήτρα Rhetra, scripta, sermones, pacta, conuenta. Tarentini leges & decreta sic vocant. apud Lacedæmonios, Rhetra Lycurgilex est ex oraculo sancta: propter milites lata lex est: vt quisquis eorum tergum dedisset, in castra reuersus pro hoste lapidib' ab amicis petitus, ac verbo genere mortis interiret.

Σάμερον, σήμερον, νῦν. hodie, nunc, & σάμερά. Varinus?

Σάννος, μαρός, παρὰ Ρινθῶνι. fatuus apud Rhinthonem. Sed & σάννας. & σάννος. apud Cratinum fatuus vt tradit Eustatius in Iliade. Sanna apud Latinos irrisio, hinc Sanniones Comicozum verbo dicti, qui risu admodum soluto, & contortis corporis totius partibus immoderatam quandam alios deridendi formam effingunt, & aliorum mores inepto quodā gestu percontemptum exprimunt, vt stulti propemodum ac ridiculi videantur. Nonnulli à quodam fatuo seu stulto, qui dicebatur Σάννας. alij ἀ σάννω, alij aliunde deduxerunt. Σαννονίον ἀ θυμαῖος κομικός. δράματα δὲ αὐτοῦ ἐστὶ ταῦτα. γέλωσ. δανά. ἰω. φυλασσαί. Suidas ex Athenæi libro seprimo. ο Βατιδες, ὁ Glaucorum capit. de Rais maritimis loquitur, quas tanquam mensarum delicias Sannyrion nominat.

Σάρματα, καλλύσματα, καὶ κόπρια, κόπρια περιβαλεῖν. fimum conijcere. & εἰς κόπρον θυμῶς. in fimum aromatū odorē spargis. prouerbia. χάσμα σαρμός, cumulus terræ, ex Suida, & Etymologiaste in verbo Σαυρομένος. & Rhinthoni obseruatū apud Varinum.

C Σύ quod

vocant, Tarantū dicitur appellatum, ius verū hęc sunt, que Romulo Ama-
sæo latinitate donata immutare non audeo. Scribit igitur sic Tarantum qui
dam Neptuni & indigenæ Nimphæ filium fuisse dicunt: ab eo verò nomen
impositum vrbi & flumini: eodē enim fluvius, quo vrbs ipsa, nomine vocatur
Strabo cum multa in Geographia libro sexto dixerit de Tarentino sinu, de
huius vrbs origine. Antiochi cuiusdam Syracusani, quem Xenophanis filii
pleriq; tradunt, vti testimonio, hęc tandem quæ sequuntur, adiunxit. Ta-
rentum autem ab Herōe quodam nomen accepisse litens proditum est.
Iohannes hoc etiam dicit fabulosam Neptuni prolem in arbore, tanquam no-
bilissimam vndiq; familiam depingit Seruium secutus de Tarante meminit
Taram filium fuisse Neptuni. Seruius asserit, dicitq; cum circa Salentinorū
confinia Tarentum olim inclytam ciuitatem condidisse, & à suo nomine nū-
cupasse. Honorari autem Grammatici verba, ne quis desideret, apposuit or-
terio, commentario Eneidos ipsius poëtae, quibus exponit carmen illud.
Hinc sinus Herculei si vera est fama Tarenti: Partheniata: (inquit Seruius)
sed nos illorū historiam in sequenti libro ex Pausania recitabimus) accepit
duce Phalanthe o Chæuo ab Hercule, profecti sunt, delatiq; ad hunc oppidū
Calabriae, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, idq; auxerunt, & à primò
nomine appellarunt Tarentum. bene ergo Herculei Tarenti, huius Taras cō-
diderat, auxerat Phalanthus. Stephanus niger tam Græcè, quam latine oppi-
do quam erudius, & qui diligentissimè congescit quicquid apud Pausaniam
sciri dignum legitur, hęc scribit de Tara. Taras nomen est ciuitatis & flu-
minis in Italia à Tarante, Neptuni filio sic denominata, & paulò infra (quod
ad rem grammaticam pertinet) Taras ciuitas, & cognominis fluvius in Ita-
lia iuxta mare, masculini autem generis est secundum analogiam. Nullum
enim in, ras, nomen femininum dicitur hoc autem & femininò prolatum ge-
nere inuenitur. Dionysij Alexandrini ex quo scilicet de situ orbis, in eo
χώρα sunt Eustathij Thessalonicensis Episcopi. ad illa ergo Dionysij verba,

Τάρας δὲ καλεῖται ἡ πόλις ἢ ἡ χώρα
ἢ ἡ ποταμὸς ἀμικλαίων ἐπὶ τῆς ἰταλίας, ἢ ἡ πόλις ἢ ἡ χώρα ἢ ἡ ποταμὸς
Sic scribit Eustachius. ἢ Τάρας, ἢ ἡ Τάραντος. iacet ad mare. dicebatur autem
& masculino genere. Τάρας secundum analogiam, nullum enim est in, ras, no-
men barytonum muliebri. Denominata autem fuit vrbs ipsa à Tarante quo-
dam Heroe. Habuit & Lacedæmoniorum Coloniam, propterea Dionysius
inquit, quod Amyclæorum ipsam condidit fortis Mars idest Laconum, quo-
rum pars sunt Amyclæi. quod declarari videtur his verbis Hesychij. Τάρας πό-
λις ἰταλίας, ἀπὸ τοῦ Τάραντος τοῦ Ποσειδῶνος. ἢ ἐστὶ δὲ λακόνων ἀπαικός. Sed & apud Latinos Sido-
nius poëta femininò genere protulit.

Ipsaq; que petij trepidauerat vncta Tarentum.

Cæteri autem genere neutro declinarunt, vade varia illa apposita, molle,
madi-

madidum, imbellē, lacedæmonium, phalanthæum, sacrum, saturū, apud
Horatium, Iuuenalem, Quidium, Virgiliū, & alios solus Lucanus protu-
lit masculino genere.

*Brundisium decimis ubet banc attingere rostris,
Et cunctas reuocare rates, quas auis Hydrus,
Antiquusq; Taras, secretaq; littora Leuca,
Quas recipit Salamina palus, et subdit a Siponte
Montibus.*
Marcus Antonius Sabellicus, qui omnium populorum factam vnum ve-
luti corpus viderit, ea dem referit, que dicta sunt. Tarentum ab Heroe quo-
dam nomen accepisse tradunt: sed quæ ita contigerit, Antiochus, cuius hæc
sunt, in obscuro reliquit. Lacinorū quidam à Tara Neptuni filio locum à
principio inuicem tradunt, inde à Spartanis transfuratum. Natalis Comes
inter eos Neptuni filios, quos secunda commemorat mythologia, Tarum,
& Tarantū, ponit, quorum matres, vt in multis alijs, quæ fuerint, non offe-
dit. Pylades libro de Deorum genealogijs tertio, quas verbis complecti-
tur, inter Neptuni filios Taram ponit, ac matris nomen ignorat.

*Incerta genitrice Taram, qui condidit urbem,
Vnde Tarentini littora nota sinus.*

Superfluum cæseo apponere, que de eodem retulere Cælius Rhodiginus,
& Alexander ab Alexandro, cum veterē Aristotelis tantum verba repetat.
Cumq; non diuersi ferre legantur apud Iustinum & Volaterranum, idcirco
ab his quoq; supersedere visum est. Quidam non imperitus Grammaticus
Tarantum sentit vnum ex illis fuisse Cretensibus, quos Strabo dicit vnā cum
minore Minoë, qui floruit anno ab Orbe edito 4000. ab aquis diluuij 2000.
ante Troiæ excidium 40. in Siciliam nauigasse, eoq; mortuo alios pedestri
itinere sinuam Adriaticum vsq; in Macedoniam penetrasse: alios Iapygas di-
ctos à quodam Iapyge Dædali filio è Cretensi muliere. is igitur Taras Ne-
ptuni filius ex Satureia Minois Regis Cretensium filia suscepit Tarantum,
qui delatus cum Pelasgis & Cretensibus in Italiam, duas condidit vrbes non
multis in ter se millibus passuum distantes, quarum alteram à nomine matris
Satureiam appellauit, Tarantum à se ipso alteram, sic enim Græci hoc no-
men proferunt. Τάραντος. Primæ vrbs vestigia, cui Satureia nomen fuisse dixi-
mus, coniici non ambigere possunt in loco illo celeberrimo, qui à Tarento
hodie octo millibus fere pass. distat, & quem adhuc Saturum pentultima pro-
ducta vulgus appellat, huius loci meminisse omnes sciunt. Latinarum litera-
rum professores in Georgicis suis Vergiliū, qua parte dicit Seruius fuisse Ba-
phia, hoc est tingendæ lane officinas, de quibus infra agetur.

TARAM,

TARAM, QVO DE AGIMVS, NON ESSE
illum, cuius in sacra scriptura fit mentio. Cap. III.

Væ si vera sunt, falsum illud sit necesse est, quod sæpe à nonnullis non minus imperitis audiui, in Biblijs sacris videlicet demonstrari, quis nam fuerit Taras, at ipse diu voluminibus illis peruolutis, quæ libentissime præter cætera magna attentione non absq; sanctorum patrum explanatione frequētius lego, vt salutaria, non Taram heroa, sed Tharenstadium, vt docet Suidas in verbo Seruch, Abrahami parentē, Lothi auum, & à Noë decimum reperi, cuius rectus non Taras, sed Thare est, primaq; dictionis litera aspirata. Th, non, T, tenui, & duplici ~~ii~~ apud Suidam, ~~omissis~~. Sed veriora nec ne sint, quæ nos non minus laboriosè, quam diligenter expiscamur, si cupient aliqui cognoscere, eos velim non pigeat in cronicis Eusebii radere, & perlegant, quæ apud illum inter Christianos auctores in historiarum lectione accuratissimum, vt quibus alijs, sunt annotata. Ipse quidem verba tanti viri in medium afferre non grauarer: sed vereor ne caput exteferat in immensum, & eo magis, quia nō me fugit, multorum eam esse insolentiam hominum audaculorum, qui non absq; irrisione iudicabunt, quod implendi voluminis occasionem aucupatus longos aliorum contextus apponam. inuenient tamen lectores apud Eusebium huius Tharæ anno vigesimo octauo mortuum Belum, eiusdemq; quadragesimo nono Sycionorum in Græcia regnasse Europen defuncto Egialeo, qui primus illorum fuit regio ornatus diademate, ab eoq; A Egialea aliquando dicta est Peloponnesus. Hunc Tharen secūdo anno & nonagesimo super ducentos post diluuium Nachor genuit, cum esset annorum octoginta nouem: ipso verò natus est Abrahamus, à quo Hebræi dicti, nisi maus cum diuo Augustino ab Hebero, quando regnabat Beli filius Ninus. nati sunt præterea & duo filij eidem Tharæ; Nachor nomine patris sui, & Aram. mortuo autem Aram, cum reliquisset Lothum filium, ipse Thare nolens adorare ignem, quem adorabāt Chaldej, & propter luctum Arami filij sui, quem multò magis lugebat, quod in fide deficiens consumptus esset, cum reliquis filijs, & nepotibus de terra Vr, Chalæorum recessit, & venit in terram Chanaan, habitauitq; (ira Hebræi fabulantur) ibi annos ducentos & quinquaginta. vnus enim fuit ex patribus secundæ post diluuium ætatis, & vt Samotheo placet vltimus, sicuti eius filius Abrahamus tertix fuit primus. mortuus est tandem in Charra, sicut Victor in Genesim, quam poetico extendit versu, cecinit.

*Donec Chaldaei generis de semine Thara,
Vir iustus, metuensq; Dei, cum stirpe suorum*

Vrbem

*Urbem aliam, moresq; nouos, sedemq; requirens
Mansit in Assyrijs demum nouus accola Carrhis,
Qui quadragenis lustris ubi vixit, & vno
Infaustam hanc vitam felici morte redemit.*

QUA RATIONE FALSI SINT PLERIQ;
in Taram inueniendo. Cap. IIII.

B fabulosos nostræ huius vrbs tam inclytæ scriptores, ausi sunt nonnulli referre primam eius originem ad ea vsq; tempora, quando principes quidam gentium tanquam Dij sunt honoribus altarium donati, quorum primus Belus fuisse constat. Paulus Orosius scribit annos ab orbe condito vsq; ad Nini Assyriorum Regis Beliq; prædicti tempora, quibus in lucem prodijt Abrahamus, omnes à scriptoribus tam Græcis quam Latinis fuisse vel omisos, vel ignoratos. Hinc factum est, vt quicumq; res Regum gestas & populorum ob diurnam memoriam propagare studuerunt, initium scribendi ab hoc Nino sumpsere. Plures ex historia Berosi hæc collegerunt, ad initia populi Tarentini manifestanda, quæ vera nec ne sint aliorum sit iudicium. Anno (inquiunt) post diluuium centesimo, trigesimo primo, Noe, quem eundem modò Ianum, modò Ogygen, modò Vertunum, modò Cælum, modò Solem inuenies dictum, in Scythiam reuersus Nimbrothū, qui & Saturnus, primū in Babilonia Regem creauit, addunt isti hoc Saturno genitum cum Ioue, ac Plutone Neptunum, qui inter quinq; & triginta filios ex diuersis coniugibus concubinisq; susceptos Taram habuit sextum. Quin additum ad hæc à plerisq; iunioribus lapidem nescio quem in veterum (vt ipsi dicūt) murorum angulo repertum, dum latiore pro nauium traiectione fossam magno excauandam apparatu, ciues curarent. eo in lapide, quem ipsi norūt foli, nullus præterea, huiusmodi grandiuscularum literarum erat incisio. T. N. F. E. N. T. Æ. quæ literæ quid sibi vellent, nullus eorum, qui tunc degerent, valuit colligere, quando Valerius Probus id temporis cum Paulo Diacono, & Bæda, librum non ediderat de notis, sed neq; Probi atauus inter homines viuebat. Seruatus verò lapis fuerat (id ita isti commentantur) cuius literas nisi, vt ille ait apud Plautum Pseudolus, Sybilla legisset, cum nullus interpretari posset, vsq; ad ætatem cuiusdam Heraclidis philosophi ac medici percelebris. Is inter cæteras naturæ dotes, cœlestisq; benignitatis dona, sic ea interpretabatur, quæ alijs erant obscura, vt diuinus à suis & ab alijs existimaretur. Singulas igitur oblatis ad se lapidis literas hoc pacto extendisse fertur, T. Taras. N. Neptuni. F. Filius. E. Exstincto. N. Nembrotho. T. Tarentum.

rentum. Æ. Ædificauit. ipse quidem non admirari supra modum nequeo, vnde nam sit, quod lapis huiusmodi ad nostram vsq; ætatem maiore post di lucidatas literas non sit ciuium cura seruatus. Quid quod latinæ literæ suis & exiguis tunc contentæ finibus in ea regione, quam à Græcis habitata di ximus, non vigerent, sed tempore longo post? Collegere nihilominus & vi ri diligentes ab hac vrbe aliquando, sicut ab alijs locis inscriptas tabulas, vt videte præcipuè est in libello, quem Ioannes Tacuinus emisit, vbi sequens legitur verborum incisio, lapis autem hodie non extat. M. AVRELIVS. EVFICHEVS. SERA. VICELIA. RVFEN. HANC. SE- DEM. VIVI. SIBI. POSVERVNT. VNO. ANIMO. LABO RANTES. SINE IVLIANO. FILIOLO. multi præterea con- spiciuntur lapides & Græcis, & Latinis inscripti literis, & ingentium Episty- liorum, Scaporum, & Basium fragmenta, quæ à nostris quibusdam in suis ser uantur Musæis. Hæc non mei oblitus in medium affero, & quod paulo an- te dixeram non recordatus, sed ne ab alijs desiderentur, cum & longè po- steriora sint, quàm quæ de Hæraclide perferuntur.

C. IVLIO. AMBROSIO. D. LV
CRETIVS. IVSTVS. FILIVS.

D. M. S.
SEXT. LICINI. PRI.

D. M. S.
VICILIAE. TITINIAE.
PROCVLAE.

FAVSTINA. AVG. AVRELII.
CAR. PVBL. I. C. D. D.

D. M. S.
FESTVS. VIX. A. LV. LVPV-
LA. COIB. M. E.

D. M. S.
T. CALPVARNIVS. CRATIS-
TVS. V. A. VI. D. XXXX. H. S. E.

D. M.
IVLIA. FILEMATIN. V. A.
XVIII. H. S. E.

D. M.
LAENIA. PRIMIGENIA.
V. A. LV. H. S. E.

CALPVARNIA. CRATISTA.
V. A. L. H. S. E.

C. MEMMIVS. DIONYSIVS.
V. A. LX. H. S. E. IVLIA
MARIA CONIVG. B. M. F.

MEMMIA. SECVNDINA. V.
A. XXVIII. H. S. E. MEM-
MIVS. SAENANIVS.
CONIVG. B. M. F.

Sepulchrum verò M. Plautij, cuius in amore coniugali meminit Valerius, & Horistillæ coniugis, quod illius elegantissimi tametsi aliorum iudicio sub obscuro viri diebus conspiciebatur τῶν φιλόνητων τέφρος. hodie non apparet: sicut neq; aliorum, quæ tot hostium incurfibus deualtata credere est: & præcipuè Demosthenis Atheniensis oratoris præclarissimi, quem constat in æde Ne- ptuni hausto, quod in annulo gestabat, veneno obiisse, dum fugeret excan- descentem Macedonis Antipatri iracundiam: atq; illud Pacuuij Poëtæ Tra- gici,

gici, quod ab Agellio refertur cum hoc Epigrammate.

*Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt Pacuuij Poëtæ Marci sita ossa,
Hoc te volebam nescius ne eses. Vale.*

TARAS CUR NEPTVNI FILIVS,
& de ipso Neptuno. Cap. V.



ARAM, (vt hæc obiter non omitterentur) sicuti à prudentio ribus conijcitur, ideo Neptuno genitum vulgus existimat, quia peregrinos nauigio aduectos ita appellare consuevit an- tiquitas: vt terræ & coeli tam vetustos quam ignotos, quiq; obscuro essent generis, vel haberent corpus enorme & mon- struosum: quoniam dum ignoratur, qua regione sint homines profecti, ad ge- neralitatē cōfugitur. id quod de Messapo Vergiliū indicasse enarrat Seruius.

At Messapus equum domitor, Neptuni proles.

Neptuniam (inquit) vocat prolem, quia per mare ad Italiam venit. Sed & de Theseo hæc apud Græcos loquuntur.

*Θησεύς υἱὸς τοῦ Ἀθηναίου αἰγέως, καὶ τῆς Αἰθρας
ὡς δὲ ἀνδρείον, ἔθεσαν παῖδα τοῦ Ποσειδῶνος
τοὺς θυμικοὺς γὰρ οὐμπαντας, καὶ πάντας τοὺς ἀνδρείους
τῶν καὶ φίλους, ἔρας αἰσθαντοῦ Ποσειδῶνος.*

Hoc est.

*Theseus filius erat Attici AEgei, atq; AEtrha,
Tanquam autem fortem dixerunt filium Neptuni
Animosos enim omnes, atq; omnes fortes
Filiis, & amicos, amasiosq; dicunt Neptuni.*

Et qui in nauigatione floruerunt, Neptuni filios appellarunt, ita dictus est Sextus magni Pompei filius ab Horatio ad Mecanatem suum.

*Ut nuper ætus cum freto Neptunius,
Dux fugit vstis nauibus,
Minatus vrbi vincula, qua detraxerat,
Seruis amicus perfidis,
Romanus.*

Prætermittenda sunt illa, quæ poëtæ finxerunt, nautas Neptuno genitos credi, quia maris imperium cum tridente, quo sceptri loco utebatur, in di- uisione orbis terrarum illi, non alij ex fratribus sorte datum feratur: atq; apud

Maronem ipse in Æolum minabundus gloriatur, qua ratione apud Græcos *πυρομέδων*, apud Latinos rector pelagi nominatur. Ipse ut maxime verum illud de Tara assererem, vno ex antiquis erroribus, qui incertis sedibus peruagant, quod ab Agellio in Atticis nocibus relatum est, ni mali inauspicatiq; ominis tam præclaræ & peruetustæ urbis conditorem suspicari inde cogerer inuitus. Præstantissimos (inquit) virtute, prudentia, viribus, Iouis filios appellarunt. Græci *ἐκ τοῦ Διὸς ἄρρες*. ut AÆacum, ut Minoa, ut Sarpedona ferocissimos, immanes, & ab omni alienos humanitate, tamquam è mari genitos Neptuni filios, dixere. Quin & Phurnutus ait ob maris violentiam, vel, ut Græci loquuntur *διὰ τὸ τῆς θαλάσσης ἄγριον*, omnes violenti, & audacioris animi, Neptuni filij vocati sunt, ut dirus & prodigiosus cyclops Polyphemus, in Sicilia Tyrannorum sede & domicilio: ut illaudatus ille Busiris, qui, quo tempore cõmissa inter Danaï atq; Ægypti fratrum filios fratricidia fuere, quoq; tempore Terei & Prognæ Philomelæq; incesto additum scelus, apud vicina Niloloca cruentissimam exercuit dominationem, transeuntes Deorum aris hospites tamquam victimas immani scelere occidendo. Omitto Lestrygonas & Aloidas, cæterosq; quos partim in historicis, partim in poetis inuenies. De Neptuno autem quid est, quod verè affirmari possit, cum Neptunos, veluti Saturnos, Ioues, Hercules, Dionysios, cum alijs Ethnicorum Dijs, sexcentos ferè fuisse legatur? Cretensem alij tradunt, quia de Cretensi Saturno fabula est, quod filios deuorarit, quod seruatis clam fratre, cui regnum abstulerat, Ioui, Neptuno, Plutoni, regnum distribuerit, quod primo Cœlum, alteri mare, tertio inferna possidenda tradiderit, hoc est Orientale dominium, occidentale, & maritima omnia cum insulis. Sunt qui Thessalum fuisse contendunt, & nam & Pelasgi profugi ex Harmonia, ut tunc vocabatur, tunc est Thessalia, sedem in Italia habuerunt, & in Thessalia imperio potitum Neptunum Lucanus inter cæteros auctor est in Pharsalico bello.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxi.

Thessalicus sonipes bellis feralibus omen

Exiit, primus chalyben, frenosq; momordit,

Spumauitq; nouis lapithæ dormitoris habenis.

Sed rei veritas quomodo se habeat, sciri quidem haud facile potest, nam ante diluuium illud, quod sacre historiae auctor Moyses vniuersale tradit, nullus est qui nesciat minimum terræ angulum homines tenuisse, nec tum in omnes terras diffusos, propagato autem ex Noe, eiusq; filijs ac posteris hominum genere, per orbem terrarum sunt dispersi, regionibus & prouincijs, quas primum occupabant, nomina imponentes vel ex se, vel ex parentibus, vel ex coniugibus, vel ex filijs. Quæ autem singulis fuerint occupatæ sedes, & quoto post inundationem anno, qui primo occuparint, quiq; illis sese adiunxerint

iunxerint non satis verè potest (ut arbitror) explicari. Atq; id non modò est difficile in singulis terræ habitabilis oris ostendere, sed etiam in Italia, quæ cum propinquior sit labori nostro, in ea describenda multis occuparet figmentis. Antiochus Syracusanus antiquus scriptor habitatores Italiæ percensens priscos, & quæ loca à singulis sint occupata, ait Oenotros omnium primos, quorum exstat memoria, terram eam incoluisse. eius verba afferre videtur Halicarnasseus in antiquitate Romanorum, & ex eo ipse quoq; huc transtuli. Antiochus Xenophanis hæc disertè scripsit de Italia, bona fide secutus sermones veterum. Terram hanc quæ nunc Italia dicitur, olim tenuerunt Oenotri. hæc ille. & Vates noster hæc eadem cum legisset, in Æneidos primo ita cecinit.

Est locus, Hesperiam Græci cognomine dicunt,

Terra antiqua, potens armis, atq; obere gleba,

Oenotrij coluere viri, nunc fama, minores.

Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Hæc eadem legerat apud Aristotilem, qui de antiquo communium cænarum vsu differens, inquit, illas quandoq; fuisse apud Laconas, ex insula Creta regnante Minoë, ortas; sed antiquiores apud Oenotrios, qui postea ab Italo duce Itali sunt mutato nomine vocati. Sunt qui Antiochi verba eam Italiæ partem respicere sentiunt, quæ occidentalis dicitur intra sinum Scylliticum, & Lameticum loca intra se dimidiati diei itinere distantia, multis olim nobilissimis proceribus occupata, & nomina à diuersis fortita: nam & Ausonia, & Bettia, & Calabria, & Oenotria, & Italia varijs sæculis dicta est: vnde & hos Iambicos versus afferunt.

A tergo ad dexteram sita est Oenotria terra,

Thyrrhænicusq; sinus, ac Liguria,

Ex Sophoclis Tragici poetæ Triptolemo, quæ fabula non extat, Quid de Barbaris Siculis, quid de Aboriginibus, quid de Pelasgis certi aliquid tradi poterit, cum nullus in his populis scriptor sibi constet? Diserti Romanorum viri, & in his Portius Cato, qui diligentissimè scripsit de conditoribus Italicarum urbium, Caiusq; Sempronius & alij Græcos eos affirmant esse, multis ante bellum Troianum ætatibus ex Achaia profectos. nec tamen distinctè tradunt ex qua Græca natione, quæue vrbe migrarint. sed ne tempus quidem, aut Coloniarum ducem, quouè casu antiquam reliquerint patriam, ostendunt. tantum fabulam secuti Græcorum, nullius Græci historici eam testimonio comprobant. Sed quæ de Cretensibus circumferuntur veritati magis adherentia existimo: nam & Hydruntum, Lupiæ, Vria, Brundisium, Barium ad eos à Srabone, Leonico & cæteris, qui de his agunt urbibus referuntur. Hy-

druntum á Cretenſibus conditur, quo tempore maxima terræ ſiccitas, & cœli æſtuofus ſqualor Cretam occupauit inſulam. Lupiæ ſiue Aletium dicatur, Lycium Idomenæum habet auctorem. Vria illos Cretenſes, qui cum Minœ nauigarunt, auctore Herodoto: Brundiſium (ait Strabo) Cretenſes habitaffe, memoriæ proditum eſt, qui à Gnoſſo cum Theſeo diſceſſerunt. Bariam ſiue Iapygem ab Iapyge Dædali filio appellarunt, qui & ipſe Cretenſis exiſtimatus eſt. ſic & de Tarento inuenies ea multa, quæ antea ſcripta ſunt, fuit Creta à Curetibus per Syncopen dicta: nonaginta habuit ciuitates, & propterea ab Homero *ἰνυμοσίμων*, appellatur. eius antiquiſſimam Remp. Minos iuſtiſſimis legibus conſtituit. Cretenſes quondam mari imperaſſe, & omnes Græcas inſulas aut ſubegiſſe, aut habitaffe, dimiſſis eò colonis refert Ariſtoteles. Omitto illa, quæ à Noë vſq; ad Saturnum referuntur. Cam ſcilicet genuiſſe Cus, & Cus Nembrothum, & Nembrotum Creten, a quo Cretenſes: Creten Cœlum, Cœlum Saturnum, Saturnum Iouem à quo fuit regno expulſus, cum Neptuno, & Plutone, fortaffe non omnibus placitura vt ſuperflua, & magna rerum dicendarum inopia mendicata.

Finis Primi Libris.



DE AN-

DE
ANTIQVITATE, ET VARIA
TARENTINORVM

FORTVNA.

LIBER SECVNDVS.

IOANNE IUVENE EORVM CIVE

AUCTORE.



DE PHALANTHO, QVI TARENTVM

auxit, cuius filius, de oraculo illi dato, aduentu,

reſeſſu, & morte. Cap. I.



PHALANTHVS etiam ſecundus Tarentinæ Urbis auctor ſuos habet enarratores, qui partim hiſtorici, partim poëtæ, modò vera, modò ficta de illo loquuntur: nos in primis hac in re præter Iuſtinum, Pauſaniam ſequimur & Stephanum, qui & ſi varia ſcribunt, nos tamen ita rem texere ordimur vt primo loco agamus de bello Meſſeniaco, deinde de ipſo Phalantho. Ignoscat obſecro, quibus principium videbitur longius repetitum, boniq; conſulant id factum eſſe, ita enim dilucidior apparebit hiſtorica narratio. Lacedæmonij populi ſunt in Peloponneſo, qui & Lacones dicuntur, atq; ab urbe Sparta Lycurgi legibus inſtituta Spartani, Spartæ, & Spartiæ. De illorum moribus multi aliquid ſcripſere, illud præcipuè quanta fuerit eorundem peritia in rebus militariſis, cum & ſœminæ ipſæ bellum gererent, ne dum viri, filioſq; ad arma à primis eorum annis inſtruerent. Notauit Aelianus in libro, quem ſcribit de varia hiſtoria, Lacedæmoniorum matronas, quotquot audiviſſent ſuos in pugna cecidiſſe filios, abire ſolere, & vulnera illorū inſpicere tā aduerſis quā auerſis inſlicta corporibus: ſi plura ex aduerſo eſſent facta, cū gaudio, graui & terribili vultu, in maiorū auita monumenta occiſos filios deporta-

deportare: sin alio in loco vulnera accepissent, pudore ductas, lachrymisq; confectas, quam maxime poterant clandestina fuga discedere relictis mortuis, vt in communi sepulchro humarentur, aut furtim surreptos in domesticam sepulturam deferre. Præcellerunt semper factis magis, quam loquacitate, ita vt ab ipsis breuiloquentia laconismus dicta sit, patetissimisq; verbis sententias complectebantur grauissimas; Messenij, qui Messenen Achæiæ urbem florentissimam, & angusto freto propinquam incolebant, honestissimi quidem viri, vt qui ex urbe sua Epicureos expulerint, ceteras Romanæ Alcæum & Philiscum, eo quod multarum flagitiosarum libidinum auctores essent adolescentibus. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum, eam fuisse populorū inter se istorum amicitiam refert, vt aliquando, quorundam sacrorū gratia virgines ad se mutuo mittere non erubuerint. Regnante igitur apud Lacedæmonas Polydoro, qui Teleclo successerat, qui fuit annus ab orbe condito quater millesimus, quadringentesimus, & quingentesimus septimus circa principium nonæ Olympiadis, & circa octauum annum Romani imperij sub Romulo Geminorum altero, extincto fratre Remo, veluti auctor est Eusebius, & ante Christi Saluatoris nostri aduentum septingentesimus, & quartus supra quadagesimum, ortum est inter hos populos Messenios videlicet & Lacedæmonios bellum illud diturnum, quodq; dicitur vicennale tāto quidem exitio; vt inter crudelissima reponatur. Odij verò tanti initium exinde ortum Ephorus scriptum reliquit, quod Teleclum Spartanorum Regem, cui (vt diximus) Polydorus successerat, sacrorum gratia Messenen profectum Messenij interfecerint. sentiunt alij ob stupratos Lacedæmoniorum Virgines ab ipsis Messenijs in sacrificio, siue quod illas nullo honore affecerint, siue quod tentarint iuuenes Messenij stuprum inferre, sed à duce eorum Aristomene impediti illas dimiserint integras & inuiolatas. Bellum igitur in dixerit Lacedæmonij, magnoq; exercitu Messenen obsederunt. Sed cum fecus quàm sperauerant annos decem in obsidione distinerentur, ac varijs belli casibus, cum multi (vt fit) foris morerentur, & frequens delectus, qui quotidie mittebatur, magis in dies Urbem Spartam multitudine exinaniret, nec ob viros absentes spes vlla sobolis propagandæ domi superesset, duplici ciuitas eorum affecta clade breui ad nihilum redigebatur. Vxores tam longa maritorum absentia dolentes multis eos querelis reuocabant, neq; precibus & blanditijs maritalibus, sed conuitijs etiam atq; criminibus multis illos arguebant, vt qui priuatæ iniuriæ vlciscendæ studio seipsum cum patria tacita perderent calamitate. Cogitare potius animo deberent, quanto id sibi bellum magis, magisq; esset quàm hostibus perniciosum: Nam si illi intra mœnium suorum septa inclusi, assiduas quæ bellorum casibus afferuntur cædes grauissimè sentiunt, perpetua ramen vxorum, quibus cum immorantur sacunditate, iuuentutem reparant: contra verò Spartanam rem, domi vi-

rorum

rorum iam desperata absentia, foris bellorum casibus in dies magis extenuari: fore aliquando, vt si pergeret diutius abesse, ciuitate viribus exhausta, nō modo non inferre alijs bella Spartani possent amplius, sed ne illata quidem propulsare. Eant igitur aliquando posteritati consultum; satis superq; iræ datum, videantq; ne alieno studentes excidio, domesticum ita alant, vt vitare nunquam ipsi valeant. Quibus vxorum verbis eorum qui in obsidione commorabatur, moti sunt animi: cum satis intelligerent verissima esse omnia, quæ ab illis obijcerentur. quia tamen iurati aberant, domumq; , nisi Messena expugnata, nunquam se redituros obstrinxerant, bellum omittere nullatenus sunt ausi, Sed cum varijs inde curis essent ancipites. fide sacramenti religiosius obseruata, volentes tamen vxorum consilij adherere, eò tandem pari omnium sententia decurrunt, vt domum iuniores iniuratos remitterent, qui puerilibus adhuc annis, quando ipsi grandiores natu ad bellum exierant, ad arma ineptierant, & multò post initia tanti belli, supplementi causa fuerant ad castra acciti. Permissere his licentia quidem satis infami, neq; tamen (vt censebant) inutili, vt promiscuè cum omnibus concuberent mulieribus, maturiorem rati conceptionem, si singulæ per plures viros cognoscerentur. Qui ex huiusmodi concubio orti sunt in discreto, ob materni pudoris notam Parthenias nominauere. tamen si huius causam nominis alij asserant, quod inuenibus tantum fuerat permissum cum virginibus, quas Græci vocant *παρθένους*, concubere siue liberis. siue seruis. Quo tempore apud Lacedæmonas fertur cultam esse Venerem Armatam, Cluacinam, Masculam, & Barbarā. Anno tandem nono post missos adolescentes, & vigesimo à belli initio pene exacto Messena fuit expugnata, & in Spartanorum ditionem redacta cum apud illos regnaret Euricrates huius nominis primus Polydoro extincto decimæ quartæ Olympiadis initio, qua Damonem Corinthium tradunt in stadio vicisse. Illud autem vnum, quod apud Ælianum legitur, prætermittendum non censui, Lacedæmonios deuictis Messenijs, omnium quæcunq; in Messenia erant, dimidiatam sibi metipsis accepisse partem, & mulieres liberas in funera prodire coegisse, vt alienos neq; quidquam ad se pertinentes mortuos lugerent. ex viris aliquos ruri colendo reliquisse, nonnullos vendidisse, multasse etiam plures morte, reliquos in suam patriam recepisse. Post agrum Messenij diuisionem Lacedæmonij domum reuersi iuuenes ita promiscuè natos cum alijs legitimis pari nequaquam in sua Repub. afficiebant honore. At illi cum grandiusculi essent, trigessimūq; agerent annum, his iniurijs accensi, & metu etiam inopiæ, quia certo carebant patre, in cuius bona succedere sperarent, Phalanthū suarum sibi fortunarum ducem elegerunt, cuius parentem Aracum sui ortus auctorem habuerant. is enim fuit, qui pudoris oblitus in bello socijs persuasit, vt iuuenes iniurati domū ad vxorum seu virginum concubitum remearent. Inicere igitur cum illo consilium, vt in Hyacinthio-

cinthiorum celebritate cum certamen haberetur in Amycleo, Phalanthus pileum super imponeret capiti, & tum repente ad destinatam popularium discurrerent eadem, qui à Cæsarie, qua utebantur, facillimè possent dignosci. Hac autem re pet seruos quosdam Ilotas, qui & ipsi cum adolescentibus conspirauerant, patefacta, dum certamen haberetur, in medium procedit præco, & Phalantho ne pileum capiti imponeret, inhibuit. Quod coniurati sentientes, apertis iam hoc modo palam insidijs partim fugiant, partim aduentant supplices: sed iussi benè sperare, inuicla conijciuntur. At Phalanthus qui factionis erat caput, ad Apollinem de Colonia deducenda consulturus à senioribus mittitur. huiusce illi Dæmon responsum dedit.

Σατύριοντα δὲκα Ταραντὰ τοιοῦτα δῆμον
οἰκίσει, ἢ πρὸς Λαπύγας γένεος. Hoc est,

*Sastyreum & pinguem populum tibi trado Tarenti,
Incolere, & latè populum per Lapygas ades.*

Aciecit præterea oraculum, quod tum Phalanthus regionē esset adepturus, & ciuitatem cum suis conditurus, quando sub Æthra pluuiam animaduertisset. reuertitur inde Phalanthus animi (vt res erat) anceps, quia quid sibi vellet Apollo, non intellexerat: Seniorum tandem suasu, nullo ad hæc augure consulto, ea conditione cum Parthenijs vrbe excessit, vt si nullam de mram terram adepti essent, quam incolerent, & vbi perpetuò considerent, in Laconiam reuersi, tertiam Messenij agri partem sortirentur. Conditionem illam Phalanthus accepit inuitus, & classe ad eam rem parata, applicuit ad eã Italiæ partē, quæ magna Græcia à græcis incolis dicta est. Addūt ad hæc nonnulli, quod priusquam Italiam appulisset, in Crisæo mari naufragium perpeffus à Delphine ad littus delatus sit. id quod mirum non videbitur, neque nouum, si quis Herodotum & Plutharchum de Arione legerit, si quis Theophrastum & Plinium præter Aelianum obseruauerit. Vt cunq; tamen sese res habuerit, Phalanthus tandem ad promissa peruenit loca, vbi ob Achiuos aduersus barbaros bellum gerentes, cum nullam adhuc occupare potuisset urbem, nulloq; potiti agro ob nouam condendam, Oraculi è re de improviso nata. ei multa cogitanti in mentem venit, ac planè quod fieri nullo modo posset, Dei voce sibi significatum cum antea secum meditaretur (qui enim eueniret, vt puro serenoq; cælo, quam Æthram Græci vocant, plueret aliquando?) cepit hoc pacto benè sperare. in tanta enim animi sollicitudine cum miser obuersaretur, vxor, quæ eum domo secuta fuerat, mcestum & afflictum, & iam animi despondentem, vt fit consolabatur, & suis eius caput genibus sustentans, inter consolandum pedunculos quæritabat. inter hæc viri miseratione commota tantas effudit lachrymas, vt viri caput madefecerit perfuderitq;. Tunc igitur primum euolutæ sunt oraculi ambages, & Phalanthus hoc sentiens (erat enim vxori nomen Æthra) Phæbi responsū interpre-

interpretatur, & ea nocte, quæ diem illum infecuta est, Tarentum hostium urbem maritimum tunc pro tempore maximam & opulentissimam cepit expugnatis, vique ac dolo expulsis veteribus colonis, qui se Brundisium contulere. Vnde posthac Lacedæmoniorum opus, Laconumq; oppidum Tarentum dici captum est, & Tarentinos Phalanthos quos, qui nihil a patre aliud habebant, quam semen, à Græco fortasse verbo *σπέρμα*, quod feminare apud Latinos valet. Hoc igitur modo Lacedæmonij illi adolescenteres Phalanthum secuti, sedem, quam diu quæsuerant, ad eam Tarentinos veteri nomine se appellari voluerunt, vt primos, qui remanserant. accolæ sibi allicerent, quod aliter fieri debebat, cum victi victorum potius nomen accipere soleant, non victores eorum qui victi sunt. Exinde, vt titius, com modiusq; viuerent, Brundusinis, ad quos Tarentum (vt diximus) multi confugerant, bellum mouent, & breui victoria potiti eos non parua agri portione priuant. Euenit autem, vt non multos post annos dux Lacedæmonum & Tarentinorum Phalanthus, tam strenuus, tam prudens, vbi leges sanxerit, vbi humana atq; diuina omnia constituerit, per seditionem turbatus in exilium Brundisium se contulerit. Hanc ipse eiectionis causam conijcio; quod Phalanthus ex animi tantum sui sententia potestatem exerceret. quod videntes Lacedæmonij aduersus patrium fieri institutum, illum expulere. Siquidem Lacedæmoniorum Reges in rebus gerendis sui haud erant arbitrij, vt quicquid sibi placeret, facerent, Sed senatus erat potestas in negotijs ad Remp. pertinentibus: & hanc dignitatem non multo ante hæc tempora de laconica sumptam dederat Romulus Senatui, populoq; Romano. Quæcunq; tamen fuerit sue hæc sit alia electionis causa, à Brundusinis benigne est exceptus Phalanthus, qui & populos veteres Tarentinos ab ipso Spartanorum duce profligatos benignius antea exceperant, & ciuitate donauerant. Sperarunt fortasse Brundusini apud se fore totius Messapiæ regionis dominium, quod Phalanthus non sine vltione ingratorum comitum iniuriam perpeti videbatur. At is non multos post menses mori propinquus ex grauisimo, in quem inciderat, morbo, persuadet Brundusinis, vt ossa sua postremasq; post obitum reliquias contererent taciteq; in Tarentinorum foro spargi curarent. hoc enim modo recuperate illum aliquando posse patriam suam vnde fuerat expulsus, quem consuluerat Apollinem, Delphis cecinisse. Contra verò Brundusini, eum in vltionem sui facta ciuium prodidisse, arbitantes, præceptis sibi datis paruere. Sed Oraculi diuersa fuerat sententia, nam vrbs perpetuitatem non amissionem hoc pacto promiserat. ita ducis exulis consilio, & hostium ministerio Tarentina possessio Parthenijs in æternum fuit fundata: ob cuius beneficij memoriam & Parthenij diuinos Phalantho honores decreuere, & Brundusini eximiam illi condidere sepulturam.

TARENTI EPITHETA PLERAEQVE PHALANTHI gratia a poetis & historicis notata. Cap. II.



IX. IM. V. S. supra Iustini historici testimonio Tarentinos a Phalantho Phalantheos fuisse appellatos, quod etiam Epistictum a Syllio Italico appositum est tum dicitur in libro de Phalantho colentis animosa Tarento, insigne Auxonium laxare iugum.

Et ab Horatio. Dulce pellitis ouibus Galesti Flumen, & regnat a petam laconi Rura Phalantho.

Et a Martiali. Dic toga facundi gratum mihi munus amici Esse velis, cuius fama decusq; gregis? Appula laedet tibi floruit herba Phalantho.

Qua saturat Calabris culta Galefus aquis. Et ab eodem. Puella seribus dulcior mihi Cygnis, Agna Galesti mollior Phalanthini, Concha lucrini delicatior Stagni.

Vergilius appellauit Tarentum Herculeum lib. Aen. tertio. Hinc sinus Herculei si vera est fama Tarenti.

Vbi Seruius ita scribit. Partheniata duce Phalantho octauo ab Hercule profecti sunt, de latiq; ad breue oppidum, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt, & prisco nomine appellauerunt Tarentum, bene ergo nunc Herculei Tarenti, si vera est fama, quia Taras condiderat, auxerat Phalanthus, ab Hercule oriundus. Quid si octauus ab Hercule dictus sit Phalanthus non agnatione, sed prouerbio? nam huius meminit Xiphilinus e Dione in Auito. Sardanapalus (inquit) interea certamina praebebat, & crebra spectacula, in quibus Aurelius Aelix athleta gloriosus fuit, qui tantum ceteris antecelluit, ut ausus sit in Olympia, lueta simul certare & pancratio, victorque vtriusque in Capitolinis fuerit, cui cum inuiderent Elæi, ne foret (quod dici solet) octauus ab Hercule, neminem ad lueta aduocarunt, quamuis in albo id genus certaminis adscripsissent. Romae vero vtrumq; vicit, quod ante fecerat nemo. Dedit (inquit Parrhasius in Claudianum) hoc epitheton Tarento poeta, quod apud Aristotilem in naturae miraculis, & in libro περι θουμασιων ἀκουσματων legerat Heracleam Tarento nomen aliquan-

aliquando fuisse scilicet ab Hercule, qui Tarentinos bello domitos in potestatem redegit, & quia nouerat Maronis prudentia, hoc ut fabulosum inter ea, quae fidem non assequuntur, Aristotilem coniecisse, consulto interponit (si vera est fama) ne iudicium suum in re tam incerta immisceret. Quidius vocauit Lacedaemonium Tarentum cum Horatio.

— Ventisq; fauentibus aquor Navigat Ionium, Lacedaemoniumq; Tarentum.

Horatius. Tendens venasfranos in agros, Aut Lacedaemonium Tarentum.

Eadem ratione dicitur a Vergilio cebalium, quia (ut ait Seruius Statij auctoritate) cebalia ipsa est Laconia.

Namq; sub cebalia memini me turribus altis Qua niger humectat flauentia culta Galefus Corycium vidisse senem.

Et a Claudiano. Formosum Oebaly locum posuere Tarenti.

Et Galefus qui apud Tarentum fluius est, dicitur Theramneus idest laco-nus a Statio in syluis, quia & aliquando Lacedaemonij dicebantur Theranei.

Blanda Theramnei placeant vinea Galesti.

Vbi videre poteris Lucretium grammaticum Statij enarratorem fide dignum, & inter grammaticos sui temporis Aristarchum, sicut plures docti viri ante me iudicarunt, quos nominare non ausim. idem fluius Galefus vario appo-sito solet a Martiali Lacedaemonius appellari.

Te Lacedaemonio velat toga lata Galefo, Vel quam se posito de grege Parma dedit

Qua eadem ratione & Phalanthum lacedaemonium supra appellauit. Graeci vocant Τάραντα σατύρειον, ἢ πείονα; πέλονα idest pinguem, quia in agro (ut infra apparet) Tarentino facile est victum inuenire, qua ratione idem Graeci vocarunt πορισικὴν πόλιν σατύρειον, vel ut nonnulli alij locum Strabonis emendantes σατύρειον Τάραντα, idest luxuriosum, affluentem, & feracem. qua ex voce dicti sunt Satyri, qui in libidinem ab ipsa natura sunt proni, & a genitali mem-bro quod σάβην appellant. Quin & Tarentum Saturum appellauit Vergilius in Georgicis.

Sin armenta magis studium vitulosq; tueri, Aut foetus ouium, aut vrenteis culta capellas, Saltus & saturi petito longinqua Tarenti.

Habuit & alia apud poetas Epitheta, vt molle, madidum, imbelles, vitium, & madens. Molle appellauit Horatius.

Pectinibus patulis lactat se molle Tarentum.

Quia vt ait Macrobius, Tarentum ita appellatum est Sabinorum lingua, quasi Terenon, ita enim quod molle est, illi dicunt, & tenerum syllabarum transpositione. quam ob causam in libris Fatorini Tarentina dicta est nux, quia eius erat mollitudo, vt vix attrita frangeretur. Annotauit eundem locum Adrianus Turnebus libro Aduersariorum primo & capite vicesimo quarto his verbis. Molle autem Tarentum dicitur, si Macrobio lib. primo Saturnalium cap. octauo credimus, errasse videri potest: qui etymologiam respiciens, idem esse Terentum & Tarentum crediderit. Nam quae dicuntur oues Tarentinae, eas Terentinas dici debere credit, quod Terentum Sabinorum lingua sit molle: sed Flaccus potius ad populi fortasse mores, quam ad vocis notationem respexit. Tarentinum versum notat Arnobius lib. 5. pro molli & lasciuo, vbi de Sabazis agit, sic dicens. Tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens,

Taurus Draconem genuit, & Taurum Draco.

Imbelle idem poeta dixit in Epistola ad Mecenamem.

— mihi iam non Regia Roma

Sed vacuum Tybur placet, aut imbelles Tarentum.

Quasi ociosum, quietum, & tunc, quando ipse scribebat, a bello vacuum, & voluptuarium. imbelles etiam Rauisus Horatium imitatus appellauit in praefatione Cornucopiae,

Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelles Tarentum,

Sasina lac, Memphis stammina, Sparta Canes.

Madidum dixit Iuuenalis, coronatum, & petulans, quas voces in delicijs Tarentinorum declaramus.

Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.

Nam Tarentini frequentissimi erant in comotationibus & genialibus conuiuijs, in quibus dabantur, & circumferebantur coronae. Vno quoque mense publicum epulum instruebant caesa boue: priuati plebei etiam num Veneri & comestationibus indulgebant assidue. Ebriae mulieres desudantes vnguenta vino permiscebant. Iuuenalem imitatur Salmonius poeta,

Et Sybaris sequitur luxus, madi dique Tarenti.

Et Pontanus.

Bacchi deliciae, aut madens Tarentum.

Et vinctum appellauit Sidonius.

Ipsaque quae petij trepidauerat vincta Tarentus.

Horatius

Horatius item, Sacrum appellauit.

— Neptunoque sacri custode Tarenti.

Vel quia Tarenti deuotius colebatur Neptunus, vel quia in Neptuni fuisset tutela, vel quia vt vnaquaeque vrbs, sic Tarentum, eorum, quos intus habet, est nutrix, quod officium diuinum est. *ἱεὺς τῶν νεῦναι* Graeci & *ἱεὺς τῶν νεῦναι* dicunt. Antiquus Taras legitur apud Lucanum in Pharsalico bello.

— quas Auius Hydrus,

Antiquusque Taras, secretaque littora Leuca.

Liuius lib. nono prima decadis Tarentum appellat validum oppidum. Apulia (inquit) perdomita. (nam Tarento quoque valido oppido Iulius potitus erat) in Lucanis perrectum. Haecenus de Epithetis.

ALIBI NON ESSE HUIUS NOMINIS VR-

bem, obiter de ludis saecularibus, et aliquando aliud habuisse nomen. Cap. III.



OC etiam veluti pro Colophone adiungendum duxi, quod quia certissimum est, non omnino ingratum arbitror fore lectoribus candidatis. Nullibi orbis terrarum, quatenus ab Historicis & Geographiae doctoribus colligi potest, aliud huius nominis oppidum tam celebre, vel posito (vt aiunt) pignore esse contenderem. Obijcient aliqui in Gallia Narbonensi Sabaudiorum populorum urbem Tarantasiensem, obijcient Tarram Sardiniae, & Tarantum Lucaniae, vbi textitur plebeius pannus, qui ab ipso oppido Taranta dicitur. Neque sum nescius apud Graecos Iouem *ταρανταϊον* appellatum, non a Tarento nostro, sed a Taranto Bythinae oppido masculo genere denominato: id quod apud Stephanum in libro de urbibus, qui volet, legat. Quin Vrbs illa per A, id est *Δαρανδος* ab alijs profertur, & Taranti, vel Tarantae Iouis Demosthenes lib. Bythiniacorum secundo meminit. Afferam ad haec, quae scribit Honoratus Grammaticus in octauo commentario & in illo carmine,

Stringentem ripas, & pingua culta secantem.

Hoc (inquit) dictum a Vergilio de Tyberino fluuio stringente, hoc est radente & imminente ripas, adeo vt ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminans atque exedens. & in factis Serra dicebatur, & in aliqua vrbs parte Tarentum, eo quod ripas terat: ceu Ouidius in Fastis cecinit, dum Euandri & Carmentis genitricis in Italiam aduentum depingit.

Fluminis illa latus, cui sunt vada cuncta Tarenti.

Accipit, & sparsas per loca solacatus.

Cuius item loci meminit Valerius Maximus, iuxta quem ludis saeculares, qui

Taren-

38 DE ANTIQVITATE, ET VARIA,

Tarentini dicti sunt, celebrabantur, Diti patri, & Proserpinæ, ad quos allu-
fisse Aufonius videtur in Grypho.

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo,

Neque non Statius Papinius in syluis.

Nec tantum induerint fatis nona secula crimen

Aut instaurati peccauerit ara Tarenti.

Est & Martialis Epigramma de matrona, quæ binis Claudij scilicet, & Do-
mitiani ludis interfuerat.

Bis mea Romanos spectata est vita Tarento,

Et nihil extremos perdidit ante rogos.

In quarto eiusdem Epigrammatarij volumine de eadem re sic habetur.

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,

Et quæ Romuleo sacra Tarentus habet.

De origine autem secularium ludorum, & causa nominis, quorū annorum in
teriecto spatio, quomodo facti, quo ritu, quibusq; Dijs celebrari consueuerint,
multa scribunt Grammatici, nonnulla Volaterranus, qui addit ex præcepto
Sybillinorum versuum anno primo punici belli institutos, Sed in primis An-
gelus Politianus in Miscellaneis multorum (vt ipse fatetur) auctoritate, Te-
rentij scilicet Vattonis, Valerij, Horatij, Lucij flori, Festi, Zosimi, Herodia-
ni, Suetonij, Censorini, Cassiodori, Phorphyritonis, & Acronis vsq; ad facie-
tatem. Recentiores non indocti illi quidem locum hunc non Tarentum, sed
Terentum cum secunda & non prima vocali latina scribendum autumant
notationis, credo, ratione, quam à Terendo deduci Seruius docet, illiq; sic
scribunt, sicq; corrigunt omneis poetarum versus, quos superius adductos
ex tam multis adscripsimus. Quin & Festus tradit Terentum ibi dici, quod
ara, vt Conso Deo consiliotum, Diti, & Proserpinæ sub terra conderetur,
si cut superis Dijs in ædificijs à terra erectis sacra rudis faciebat antiquitas, &
terrestribus in terra. & in Epitome Liuiana libri quadragesimi noni legun-
tur hæc verba. Diti patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sybillino-
rum facti, qui anno centesimo, primo punico bello, quingentesimo, & alte-
ro ab vrbe condita facti fuerunt, quem locum agnouit idem Volaterranus.
Post Herculis victoriam Tarentini non modò Heracleam dixerunt iussu ip-
sius Victoris urbem, sed etiam in illius honorem de lubrum fabricauerunt.
Appellauerant & alio nomine imperantibus Ionibus Pleona. & ab ante illos
prioribus vocabatur Sigium: cuius rei fidem facit Aristoteles in libro, quem
supra citauimus, de naturæ miraculis, cui an fides danda sit, alij viderint, iã
enim opus spurium est, sicut & illa de Xenophane, de Zenone, de Gorgia,
de Mundo, quæstiones mechanicæ, & delincis in secabilibus. Pleon boni
erat ominis vox, nam & plus consequi per Tarentum sperabant Iones. Dale-
campius

TARENTINOR. FORT. LIB. III. 39

campius in Plinianis annotationibus dictum exponit ob navigationis co-
moditatem. At Sigium quietem indicabat, quod primis huc erroribus in-
specto loco, vt silerent, & à navigationis laboribus quiescerent, visum esset.
Alijs idem urbibus euenit, vt Romæ, vt Florentiæ, aliquando nomen vt in-
tarent suum, & vel à victoribus, vel à re quadam per ciues gesta, sive à quo-
uis euentu nouo nomine nuncuparentur. Ex tot autem quæ dicta sunt, vt Vr-
bis Tarentinæ conditor appareret, tam de nomine, quam de tempore simul
scribere necesse fuit, reliquum est vt de regione differatur.

DE SINU TARENTINO, ET DE SICILIAE

Cap. III.



VAE de plaga, climate, longitudine, latitudineq; dici pos-
sent, quæ de signo ex duodecim, cui sub est, quia communio,
ra sunt, ex industria omisimus: & eo magis, quod facillimū
videatur apud Mathematicos de Tarento cuncta hæc cogno-
scere. Quæ ad sinum ipsum pertinent ex varijs Geographis,
cum omnes inter se vel non inibus saltem dissentiant, ea tantum hoc capite
recensemus. legat qui vult apud Ptolemæum signo Virginis subesse Taren-
tum ad latitudinem graduum quadraginta versus septentrionem, ab occidenta
autem plaga ad longitudinem graduum duum, & quadraginta ad orientalem
recedere. Cælum prætersa esse temperatissimum, ærem quandocq; caligi-
nosum, serenum ferè semper, & propterea saluberrimum. in hyeme ipsa pa-
rum pluuiosum, niuosum autem raris quam obseruari possit. Sinum igitur
quem ab vrbe Tarento voce quadam excellentiore Tarentinum vo-
cant, vt est apud poetam nostrum,

Hinc sinus Herculei, si vero est fama, Tarenti.

Duo comprehendunt, eaq; tenuia, Salentinum scilicet & Lacinium promon-
toria, sicut ex Geographis omnibus constat: illud ab Oriente & laua, hoc ab
Occidente & dextra protenditur. Vtriusq; meminit idem poeta Mineruæ
& Iunoni ab antiquis consecrati.

*Crebrescunt optata aura, portusq; patescit
Iam propior, templumq; apparet in arce Mineruæ.
— Attollat se dua Lacina contra.*

Sed cum in hac re aliorum verba sint apponenda, à Catone, vt ordo seruetur
aliquis, censui inchoandum. Neq; tamen me fugit nonnullos nostri temporis
scriptores esse, qui fragmenta Catonis, Berosi, Fabij pictoris, Sempronij,
Myrsili, & aliorum esse potius quædam fabulosa, quam historica contendat.
Sed cum istorum sententia singularis sit, placuit nobis quod & antiquiores,
& doctio-

& doctiores super hac re senserint. & in eo etiam indulgendum nobis confidimus, quia & alij viri alioquin doctissimi idem fecerunt in suis historijs Urbanis, vt ex scriptoribus, quorum summa apud omnes esset auctoritas, multa in medium eadem dere afferrent. Cato igitur in quodam de Originibus fragmento ita scribit. A Gargano ad Brundisium coluere Oelij, vnde Appuli Daunum, Appuli Bei, in quibus Arpe, Canusium, Barium. sub his Appenninus extransuerso diuidit in duo fines Italiae, quos inter Tarentinus sinus iacet. circumq; ipsum vndiq; est magna Graecia. Ad Orientem vero magnae Graeciae pars est Oenotria Arcadum, & Calabri prius Ausones, ad quos Graeca verbelitas fert venisse primam Graecorum classem annis ferme quadrigentes ante ruinas Troiae, cum Oenotrium ducem Arcadum post Troiam conditam ad nauigasse in Calabriam tradat Antiochus Syracusanus, & circa oram maritimam posuisse colonias. & vt parcius mentiantur Graeci, ab eo quondam dictam Italiam Oenotriam scribunt, cum ab initio Italia a vetustissimo Rege Sabinorum & Ethruscorum, penes quem erat imperium, id nomen sortita fuerit. Haecenus Cato: nunc Strabonem audiremus, si Polybius cuius & ipse Strabo passim meminit, de hac eadem re ita prius non scripisset. Cum (inquit Polybius) inde a freto & ciuitate Rheginorum Tarentum vsq; stadia sine plusquam duo millia, ipsum tamen Italiae latus prorsus portu destituerit, demptis illis, qui sunt Tarenti. Auertitur autem latus illud, ad mare Siculum, & vergit ad loca Helladis. Barbaras gentes habet populosissimas, & illustrissimas Graecorum ciuitates. Etenim Brutij & Lucani & nonnullae Samnitarum partes, ad huc & Calabri, & plures alij eam Italiae regionem incolunt, sicut & ex Graecis ciuitatibus Rhegium, Caulona, locri. & Croton. Praeterea Metapontij, & Thurij eam maritimam partem occupant. Itaq; & Siculi & qui ex Hellade veniunt, quando ad aliquam ex dictis locum nauigant, necessitate ad portus Tarentinos feruntur, & in ea ciuitate mutua commercia & economias cum omnibus lateris illius incolis faciunt, & facere coguntur. Poterit autem quisquam conijcere loci illius commoditatem ex vbertate ac felicitate prouenire, qua habent Crotoniatae. illi si quidem cum aestiuales stationes & prorsus exiguum quendam habeant prouentum, nihil tamen minus magna sibi felicitatem vendicare videntur haud aliunde quam ex locorum fertilitate, quae ne conferri quidem potest ad Tarentinorum portus & loca. Est autem & commoditas eius loci etiam ad portus Adriaticos, nunc quidem magna, sed maior fuit ante haec tempora. Etenim quotquot ex superiore Apulia ad Sipuntas vsq; e regione nauigabant, & ad Italiam ferebantur, Tarentum diuertebant, illaq; ciuitate ad faciendos contractus, & permutationes, quasi quodam Emporio utebantur. Tum enim Brentesinorum ciuitas condita nondum erat. Strabo sequitur, cuius verba haec sunt. Post Scyllatium Crotoniatarum fines sunt, & Iapygium terna

promon-

promontoria. Deinde Lacinium Iunonis templum, superiori aetate locupletissimum, donisq; frequentissimis plenum, interualla siquidem non iudicatu neq; dictu facilia. Verum tamen a freto vsq; lacinium promontorium interuallum esse stadiorum duum millium & trecentorum Polybius refert. Hinc item spatium ad Iapygiae vltima stadia DCC. quod Tarentini sinus os esse ferunt: sinus autem ipse nauigationis circuitum ita ratione comprehensum habet, ad milliaria ducenta ac quadraginta: vt autem regionis descriptor Artemidorus ait CCLXXX. expedito viatori. Tot autem stadijs latitudo ipsius ostij sinus omissa est. Ad hybernos vero ortus eius aspectus vergit, ipsius autem initium est Lacinium. Statim enim vbi flexeris, ibi vrbes Graecae fuerant, quae nunc nullae sunt excepto Tarento. Ptolemaeus in situ Italiae haec loca tum maritima tum mediterranea. ita situat. Magnae Graeciae iuxta Adriaticum pelagus Zephyrium promontorium, locri ciuitas, locanij fluij ostia. In sinu iuxta Scyllacium, intima sinus, lacinium promontorium. in Tarentino sinu, Croto ciuitas, Thurium, Metapontum, Tarentum: Salentinorum Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicitur. Calabriae iuxta Ionium pelagus, Hydra, Luspiam, Brundisium: quae vero mediterraneae sunt magnae Graeciae Petilia, Abiltrum; Salentinorum Rhudia, Neritum, Aletium, Baubona, Vxentum. Calabriae Vretum, sturni. Pomponius mela, frons (inquit) Italiae in duo quidem cornua scinditur. Caeterum mare, quod inter vtraq; iacet tenuibus promontorijs semel iterumq; distinguens non vno margine circuit, nec diffusum patensq;, sed per sinus recipit. primus Tarentinus dicitur inter promontoria Salen & lacinium, in eoq; sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Thurium. Plinius connectitur (inquit) secunda regio amplexa Hirpinos, Calabriae, Apuliam, Salentinos CCLM sinu, qui Tarentinus appellatur, ab oppido Laconum in recessu hoc intimo sito, contributa eod coloniam maritimam quae ibi fuerat. Abest CXXXVI. M. pass. a Lacinio promontorio, aduersam ei Calabriae in peninsulam emittens. Graeci Messapiam appellauerunt. & ante Peucetiam a Peucetio Oenotri fra tre in Salentino agro inter promontoria C. M. pass. inter sunt. latitudo peninsulae a Tarento Brundisium terreno itinere XXXII. M. pass. patet, multoq; breuius a portu Satina, oppida per continentem a Tarento varia cui cognomen Apulae. Messapia, Alecium, in Ora vero Senonum Gallipolis, quae nunc est Anxa, LII. M. pass. a Tarento inde xxxij. M. promontorium, quod acram Iapygiam vocant, quo longissimè in maria excurrit Italia Ab eo Basta oppidum & Hydruntum decem ac nouem M. pass. ad discrimen Ionij & Adriatici maris, qua in Graeciam breuissimus transitus. Iulius Solinus idem dicere videtur alijs tamen verbis, Inde procedens (de Italia enim loquitur) paulatim se Apennini montis dorso attollit, extensa inter Thuscum & Adriaticum idest inter superum mare & inferum, similis querno folio, scilicet pro-

F cerita-

ceritate amplior quàm latitudine. Vbi longius processit, in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculum. inter quas prominentias non vno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis projectis sæpius à procurrētibus distinctū promōtorijs pelagus admittit. Ibi, vt obuia pæsim notemus, arces Tarētine, Scyllacæa regio, cū Scyllacæo oppido, & Cratide flumine, Scyllæa matre, vt vetustas fabulata est. Procopius, reddidit (inquit) Tarentinū littus Hemicycli formā, in sinū longissimū inductum mare ad centū viginti quinque mill. pass. recipit. in Ore autē sinus duas habet vtrinque ciuitates clarissimas, Crotonē, quæ occidentem intuetur plagā, & Tarētum, quæ orientem, inter vtramque Thuriū habitatur. At in libro de antiquo iure Romanorum, expulso hinc ad opportuniorem locum Galatheo, Sigonius ex prædictis omnibus hæc colligit. Lucaniam (inquit) regio attingit ea, quam Græci infederunt: & in tres partes diuisa est, Brutios, Messapios, & Salentinos. Brutij Græcis expulsis occuparunt eam partem, quæ quondā Oenotriæ nomen tulit, à Lao flumine vsq; ad Metapontum oppidum, sicuti Strabo ex Antiochi sententia tradit. Nam ab antiquis Oenotros, & Italos solos vocatos ait, qui Isthmum habitarent: Isthmum autem esse, quicquid agrorum inter duos sinus includeretur, à Thyrrheno mari Hipponiatem, siue Napitinum, à Siculo Scyllaticum. Deindeps occurrit regio, quæ ab Isthmo est inclusa à Tarento ad Brundisium, quam Messapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam varijs nominibus signarunt. quamquam alij in duas eam partes distribuerunt, teste Strabone, vnam in qua Tarentum, quæ Calabriam & Messapiam, alteram in qua Brundisium, quam Salentinos siue vltimam Iapygiam appellarunt. Antonius Galatheus medicus (hic enim locus eius visus est opportunior) scripsit de totius Iapygiæ situ librum vnum: Gabriel Barrius Francicanus scripsit & libros de tota regione illa quam vulgato nomine Calabriam appellamus: sunt & hi in hac parte consulendi, vt qui non modo prædicta legerint, sed & omnia nouerint, natura ipsa, cum ille Salentinus, hic Calaber fuisset. Atque vt ab occiduo incipiam cornu, ad hæc verba scribit Francicanus. Calabria incipit è mari infero, quod Græci Tyrrhenum vocant à Talao flumine: à supero verò quod idem Ionium nuncupant à Syriamni, & protenditur ad Euripum vsq; Rhegiumque; atque Apennini montis iugo in longitudinem secta duo cornua emittit, Leucopetram dextra, Lacinium sinistra, quæ tum montuosa est, tum campestris Latij instar, aquarum scaturiginibus irrigata. Ipsius verò regionis ambitus ad DCCXX. M. pass. colligit: à Talao enim amne ad Laum fluuium milliaria sunt xij, à Lao autem Strabo refert ad Euripum, qui à Cænide promontorio incipit, millia pass. sunt CLXIX. communi verò existimatione CLXI. Euripi autem tractus, qui, vt dixi, à Cænide promontorio ad fretum vsque; Herculeumque; promontorium porrigitur LX. mill. pass. est, à fretu quod ab

Hercu-

Heculeo promontorio initium habet, idem Strabo Polybij auctoritate ad Lacinium promontorium vbi Iunonis est templum c l x x v i j. interuallum esse tradit. à Lacinio ad Syriam amne M. sunt c x x i j. à Syris fluminis ostijs ad Talai amnis ostia interuallum est. M. pass. l x x v j. Hæc refert Barrius: de altero & Orientali cornu loquentem modo Galatheum audiamus. Vt Calabria à Scyllacæo ad Hipponiatem sinum, sic & hæc à Brundisio ad Tarētum & Isthmo, sed longiore clauditur. Sunt enim à Brundisio Tarentum Mill. pass. xl. à Tarento Gallipolim mil. pass. L. inde Iapygium promontorium, quod alij Salentinū vocāt, Salentum alij, Græci autem acram Iapygiam, mill. pass. xx. Inde Hydruntem, quod teste Leonardo Aretino vltimum est Calabria mill. pass. xxx. hinc Brundisium L. totius regionis ambitus c x c. mil. pass. Vt illa Leucopetra, cui nauigantes nostri temporis à discrimine ventorum Capo di spartuento, nomen indiderunt, ita hæc Iapygio promontorio terminatur. quibus apicibus maximè in mare excurrit Italia. Vtrumque extremum finis est Apennini. Nam vt Italia sic & Apenninus bifurcatur: & vt Italia Alpibus, sic & Iapygia montibus circum septa est, non nimis altis, sed lapidosis & nemorosis. Hæc Galatheus, qui paulo ante, & historia suæ initio hæc, quæ tot secuti scriptores appellauimus cornua, peninsulas vocat, vertices, & conos arboris bifide, inter quæ situm est, quo de agimus, Tarentum: nisi maius in pedis concauo repositum loco dicere: quando Calabria anteriorem, quæ articulos habet, Iapygia posteriorem pedis partem referat, quæ calx, siue Calcaneus nuncupatur, sicut totius Italiae figura fœmur, crus, & tibiā referre videtur. Totus autem quantus est, integerque; pes ipse ob ingentem & vrbium & virorum nobilitatem, & Coeli clementiam, & soli vbertatem Græcis omnibus consentientibus nomen sibi magnæ Græciæ vindicauit. Qua ratione dixeris indubitato in magna Græcia situm esse Tarentum, quæ eadem vrbis finis est Calabriae, quæ nunc dicitur, & principium Iapygiæ, atque ita respondi se meminisse Iano Pelusio Crotoniatæ viro illi eruditissimo, & latinarum Musarum alumno, cum id à me quæreret.

DE AGRO TARENTINO.

Cap. V.



SIN V Tarentino ad agrum transitus est, ob libri integritatem, ne aliquid intactum remaneat, quod ad tam præclaram urbem demonstrandam videri posset pertinere. Ager igitur Tarentinus, quem Thessalicis Tempe non immerito comparaueris, inter Burrhacum & Potamiscum amnes formam Hemicycli, quam reddere videtur, excedit: eius enim infra centrum pars extenditur versus urbem, quæ mari vndique circum alluitur, at superior circumferentia

F 2 ipsos

ipſos attingit Apenninos, quos diximus extenſos ad vtraq; ſinus cornua. Amnes ipſi duobus clareſcunt oppidis apud noſtrates, Borrhacus Marrhuuio, quod à mari, cui imminet, qui non fatentur dictum, ad gentem referendum contendunt Marrhuuiam, cuius in ſeptimo Aeneidos poëta meminit.

Quin & Marrhuuia venit de gente ſacerdos.

Marrhubia alijs: vel ad herbam illam eom mendatiffimam ob Serpentum interneccionem, Marrhubium Plinio, & vulgo appellatur. Potamiſeus, quem *ἡ ποταμίου* per vocis diminutionem dictum cenſebat Adrianus Aquauuius Cupreſſani Comes, & literarum Græcarum ſtudioſiſſimus, Maſſaſtra, quæ cum fuerit ab alijs queſitum, quid ſibi vellet ſuo nomine, ab Afro um maſſa hoc eſt multitudinè dictam iudicatum eſt, cuius quidem rei nullū extat monumentum. Borrhacus igitur ab vrbe diſtare creditur Auſtrum verſus millib. paſſi: quatuor ſerè & viginti, cuius ſtium apparet iuxta Virginis ædiculam, & mare ingrediens quingentos perficit paſſus. Orbita inde ſequitur, quæ ducit ad Sacellum, vbi diuus Nicolaus ab antiquis accolis colebatur, ſerpiq; Marrhuuam, vbi quod oppidum non ſanè creditur antiquum, Rhodinis millibus ſubditum, nullius, vel Tarentina ob vicinitatem diceceſeos, multis affluens opibus, croco præcipuè, vino, oleo, atq; ante omnia agro paſcuis neq; exiguo, ſed qui multis ad paſtum gregil/us armentisq; locatur conductoribus. quò circa miror Galatheum in ſua Iapygia hæc prætermiſiſſe. Inde exeuntibus fonticuli quidã ad dexteram flectentes, & dulciſſimis aquis ſcaturientes occurrunt. Venitur inde ad oppidum Santiorum, cui Turricella nomen eſt vulgare non longè ab ædícula diui Marci per ſylueſtre oliuetum, & magnum quendam parietem ſaxis, molibusq; extructum inſanis, & eximijs, quæ diuerticulo ſinistroſum ad collem ſcanſio eſt decliuū, moxq; ad montem Magalaſtrum frequentibus à natura conſtitum oleaſtris. Paſanū ibi erat oppidum, nomen ſolum & pauca ſuperſunt veſtigia: erat & Allianū alterum iam diu dinitum eſt & Græcorum tertium quod ſanctus Marſanus dicitur, circa parietem omnia. Proſpiciunt inde Conca mons, & peruetuſtū diuæ Candidæ ſacellum monti excauatum, ſignaturq; ibidem cum antro ingentis magnitudinis ſpecula: & nò longè poſt apparet diuus Cataldus, montesq; tres, Lauritellus, Caluus, Scotanus, iuxta quos geminæ ſeſe erigunt ſpeculæ. quarum altera Luperum, Tarentina altera dicitur. proximiorq; eſt ſylua quercubus frequens, & treſdecim paruulæ ſpeculæ quaternis mill. paſſi diſtantes, eodem ſemper apparente pariete. Tarentina ſpecula ducit ad Cœlium oppidum antiquiſſimum, cuius meminit Plinius inter Baſium, & Brūdiſium. Via eſt per quaſdam quercus, fagoſq;, & ea tenditur ad Sarni torrentis valles & foueas, & ad montem diui Martini, ſupraq; in Apennino ipſo proſpiciunt Martina populo frequens, diues opum, ducatus titulo inſignita, fructibus

fructibus abūdans, Ceraſis præcipuè, prunis & Pyris, vt cū Propertio dixeris.

Hic dulces Ceraſos, hic autumnalia pruna,

Cernis & æſtuo mora rubere diu.

Hic, quod admirationem fortè afferet magnam non deſiderantur Apronia Ceraſa, quæ maximè rubent, non Actia quæ ſunt nigerrima, & ſanguinè imitantis ſucci, non Ceciliana quæ ſunt rotunda, vt appareat non Urbem Romam, ſed ad agrum Tarentinum migratſe Lucillum à Ceraſunte Ponticiuitate cum ſuis Ceraſis. & Martina (vt vnde exijt reuertatur Oratio) deſcenditur ad paludem, quam Comitum vocant, inde ad ſpeculam, vbi olim fertur fuiſſe Vigiliarum locum, & inde ad montem diui Helia, tandem ad Potamiſcum alterum fluuium, qui occidentem reſpicit, & quò tranſitus eſt per ſaxa & canicularum ſcopulos, per puteum, qui ab aque ſalſedine ſalſus adhuc dicitur, & per Maſſaſtram oppidum in huius autem Hemicycli ambitu, cum recta quaſi axis poſitura, milliaria ſunt ad ſeptentrionalem quam Pontis vocant vrbeſ portam ab Orientali, quæ foſſæ imminet, ſex ſupra centum. Ad hæc verò quæ de extremo Tarentini agri margine ſcripta ſunt, conuenit, vt addantur, quæ præter urbem ipſam intra aream paſſim occurrunt, atq; vt à fluuijs iterum ſumatur narrationis exordium. Galeſus fluuiorum, qui in hac ora ſunt, breuiſſimus videtur, qui & aliquando Eurotas dictus eſt, accepto nomine ab eo fluuiio qui Lacedæmona præterfluit. Galeum appellare videtur Polybius. Cernitur & Taras, qui ab Heroe, vt alias dictum eſt, cum vrbe ipſa nomen eſt aſſecutus, nec longè fluens, & à loco, quod Cannetum vocant accolæ à Cannarum copia: Arundinetum ab Arundinibus voce diceretur elegantiore. de vtroq; in hiſtoria ſuo in loco multis verbis agitur. Sunt & multa Græcorum Latinorumq; oppidula, quæ Caſalia vocant ab humilium aggregatione caſarum: atq; vt à Latinis commemorandis incipiam præter Martinam & Gryptalias, Pulſanum videtur, Leporanum, & Monaciccium, hoc audio, à Monachis dictum, quorum olim fuerat Canobiū, Pulſanum à pulſu habitantium inſigni, Leporanum, vel à lepore, qui & inſignæ eſt ciuium, vel quaſi leporarium corrupta voce, quia olim incluſa habebat animalia in agro vicino Saturiæ paſcentia. hæc tria terrarum nomine, cum manibus cincta ſint, & ſuam quodq; habeat atcem, vocantur: quæ verò ſequuntur, caſalia, quia ſunt aperta, lateq; patent, omnibus peruia. Fraganianum, Lecianum, Turricella, Monſmeſula, Monſblaſius, Ciuitella, & Caroſinus, quod Deiparæ Virginis clarum miraculis tota ſerè Italia celebratur. Græcorum quæ extant, ſiue Albanenſium caſalia hæc ſunt. Sanctus Georgius, S. Marſanus, S. Criſperius, S. Martinus, Faggianus. Rocca forcitata, & Bellum videre. Erant & multa alia, quorum euerſione condita Gryptalias & Martinam oppida, hoc à principe quodam Tarentino, illud ab Archiepiſcopo

piscopo, suo in loco narratur. Sunt & alij fluij, vt Bradanus, latus, Lemna, raschia, fluuicellus, qui mare exterum & intimum ingrediuntur, sed horum nomina quia apud scriptores non leguntur, propterea satis duxi ita paucis describere. Extendebatur olim Tarentinus ager per totam Iapygiam, & Calabriam, nam & Cic. Leucopetram appellat Tarentinorum: & qui de balneis scribunt à Leuca tradunt agri Tarentini oppido per totum tractum Tarentini fuisse olim calidas scatebras, quæ balnea calfaciunt. Galefus ἀπό τοῦ γάλακτος dicitur, sicut Galatea, hoc est à lacte, quod album esse constat: vnde Martialis ad Cordubam scribit.

Albi qua superas oues Galefi.

Quod si ita est, versus Vergilij in Georgicis.

*Namq; sub Oebalia memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia cultu Galefus
Corycium vidisse senem.*

Emendandi sunt in epitheto, & loco niger, reponatur, piger, sicut reponendum censuit quidem non imperitus Grammaticus, quoniam fluuius ille etiam non longius profluit, et si aliquibus meandris tortuosus, nullo aquarum strepitu, vt qui de montis cacumine non cadat, sed instar lacus prope littus exoriatur. Ipse vel posito (quod aiunt) pignore contenderem legendum, niger, quemadmodum in omnibus cum veteribus tum manuscriptis codicibus legitur. Et Vergilius notationis haud ignarus, quasi subridens nigrum appellauit Galefum, quem fortasse ex vocis symbolo lympidissimum amnem antea opinatus fuerat, quod etiam respexisse poetam Epigrammatarium non erit absolum credere, quia & aqua & totus ille locus ferrugineus apparet. Quid quod nigrum mare etiam vulgus dicat, & pueri natantes vsq; ad nigrum posse progredi gloriantur, & Aquilam multi ab aquæ colore, quod fusca sit, dictam velint? Callimachus in hymnis μαλαμυρίδα ἀναυρον, & Homerus Neptunum μέλανθρον dixere. poteris etiam & nigrum Galefum idest profundum interpretari atq; atrum, vt vulgus etiam Abyssum vocat, sicut πυρὴ μέλανθρος ab Homero βαβεία dicitur. Quid si autem nigrum Galefum dixit, vt nemo nigrum, lucum opacum, & umbrosum diximus? & vt Propertius (quæ locum alibi citauimus) Galefum ipsum umbrosum?

Tucanis umbrosi subter vinea Galefi &c.

Taram alterum fluuium à Tara heroë, qui & vrbi nomen dederat, hac ratione appellatum tradunt, quod is dum Neptuno & Ioui rem sacram faceret, vbi ab illis vrbi suæ felicitatem exoptaret, in aquam inter victimas conuersus nunquam alias visus sit, fabulosa quidem res, neq; immeritò cum & antiqua sit, & Græcorum mendacijs subiecta. Meminit huius fluuij Appianus

Alexan-

Alexandrinus ad hæc verba. Octauia Cæsaris Augusti soror, Antonijq; vxor, cum iam à fratre impetrasset, vt cum marito in colloquium veniret, inter Metapontum & Tarentum conuenere ambo: quo loco fluuius eiusdem nominis medius interfluit. Congredientibus ad fluuium illis, fortuna quadam Antonius ex ripa ad occurrentes naues properans scapham solus insiluit, & ad Cæsarem quasi amicum se credens pertransibat. quem cum intueretur Cæsar, imitatus est. sic fluuij in medio ambo conuenere, alterius in ripa vterq; descendere velle contententes, vicit tandem Cæsar, & veluti ad Octauiam Tarentum profecturus in Antonij ripa penes eum simul constitit. Tarenti quoq; ad eius diuersorium nullo munitus custode pertransijt, & noctu iuxta illum armatis nullis circumseptus conqueuit. similia & ab Antonio postridie gesta sunt. Est in eodem agro Tarentino tribus ferè vel paulominus à Gryptalijs Episcopali oppido stadijs distans iuxta canobium fratrum cappuccinorum, qui vitæ asperitate, & pietate sunt conspicui, quædam Vallis, Foronesum vulgò dicta, aprica quidem illa, sed saxis circumdata tophaceis & montanis, pluribus à natura arboribus consista, ex quibus, nonnullæ ad manuetiorem cultum sunt insitione redactæ, præter oleas quæ plurimæ & grandiusculæ ab auis atavisq; possidebantur. locus ab ortu ad occasum meridiemq; serpens extenditur. in intima parte canalibus vi imbrium ex collibus descendentiū excauatis. ibi rustici multi ante hac antra sibi ad domicilia nocturna exciderant, ne semper ad oppidum à labore diurno cogerentur redire. Viri etiã religiosi quamplurimi ad ea se conferre meditationis ergò consueuerunt, aliquos ipsi ætate nostra cognouimus, sed eorum nomina silentio obuoluimus, vt qui certò scimus, si viuerent, nullam de se memoriam, quæ sua erat humilitas, fieri paterentur. Erat olim vallis multis partibus peruia, nunc clausa muro, cuius ambitus mille ferè excedit passus, ita vt difficilior sit aditu; nisi per ianuas ferreis feris oclusas, pessulisq; nulli ingredi licet. Lælius Braccius Tarentinorum Archiepiscopus, & Gryptaliarum dominus sepiendâ occludendamq; ære suo diligenter curauit stratis in ea vijs, cum antea vel volutari, vel turbinari, vel saltibus de saxo ad saxum transilire opus esset. Vndiq; præruptæ erant rupes, occulti & præcipites calles, spineta simul & fruteta cum densa tum aspera ingressum alicunde occludebant, in accessibilemq; reddebant. laudabunt profectò, atq; in cælum extollent omnes opus hoc imensum vbi tanti viri sanctissimam cognouerint mentem. Ea quia citò manifesta clarescet, iam enim opus ad Colophonem (vt dicitur) peruenit, necesse mihi esse non duxi pluribus modò explicare. Vnum scio, illudq; adeò certum, quam quod certissimum, sacras ædes (vnde sacræ vallis sortita est nomen) inde, quæ iam eriguntur, non abfuturas, pauperum hospitium peregrinantium præcipuè fore commodissimum, neq; absq; censu annuo perutili, præter diuinissima secreta, quæ post perspectam Archiepiscopi sententiam,

tiam, cum omnium hilaritate innotescant. Et tandem vt à sinu, agroq; Tarentino videamur aliquando exire, non erit abre differere, an hæc regio Sicilia dici possit, sicut diu ab alijs quæsitum animaduerti, & præcipue aduersus Thomam Fazelium, qui in sua historia de Sicilia id omnino pernegat. Ælianus in libro de militaribus ordinibus Tarentum his verbis appellat Siciliae urbem. Tarentum autem olim Siciliae vrbs habuit milites iaculatores, qui equis vecti iaculis breuibus eminens certabant, mox manum cum hoste conferebant. Scholiastes Theocriti in Amaryllide Crotonem appellat Siciliae urbem. eius verba apposui in tertij Idillij hypothesi. Ταῦτα ὄντ' ἀνὰ πρῶτον ἐπὶ τῆς Σικελίας, ὅθεν καὶ τὴν ἀμαρυλλίδα ὑποτίθεται. Diodorus Siculus in bibliotheca Tarentum dixit Syracusano excepto, omnium quæ in Sicilia sunt, pulcherrimum. Si tamen germanam quis negauerit lectionem, ipse castigatorem inueniat, & concedam. Pandulfus collemnucius in Neapolitana historia tradit, hoc regnum à scriptoribus aliquando appellari Neapolis Regnum, aliquando Apuliam, & aliquando Siciliae citra pharum. Suidas in historicis in verbo Philoxenus, ostendens quid sit prouerbium φιλοξένου γραμμῆτιον. dicit. Philoxenus Citherius cum Latomias Syracusanas effugisset, in quas coniectus fuerat, quod Dionysij Tyranni tragædias non approbaret, commoratus est Tarenti Siciliae vrbe. Et glossa interlinearis in actibus Apostolicis Rhegium Siciliae urbem appellat. Sed tamen contendit Thomas Fazelius libro de rebus siculis primo tam multorum testimonio innixus veterum auctorum solam insulam, quæ à continente Italia seiungitur, Siciliam appellari, abusuq; à Romanis Pontificibus exorto ita appellatum fuisse regnum Neapolitanum, Quin idem auctor est, Alphonsum Regem cum Neapolim magna vi esset adeptus, & vtriq; regno dominari cepisset, absurdo & nouitio titulo vtriusq; Siciliae Regem vocari se voluisse. Ego verò dixerim ob id duas Sicilias appellari inceptum, quia ex terremoto auulsa fuit insula ab Italia continente, sicut Cyprus à Syria, Eubæa à Bœotia. qua de re poëta ita cecinit Mantuanus.

*Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina
(Tantum cui longinqua valet mutare vetustas)
Disiuisse ferunt, quum protinus utraq; tellus.
Vna foret.*

Qua ratione fortasse non à Siculis ex Italia fugientibus, sed quasi sicilita, hoc est execta, & Græci Rhegio promontorio, cum eiusdem nominis vrbe antiquissima, vnde diuisum primo apparuit, nomen dedere, quasi auulso & abrupto, sicut verbi Græci, quod est ἠγγυλλί, etymologiadem onstrat.



ANTIQVA Vrbs post Phalanthi aduentum non natiua modò, quam Taras inchoarat forma, vix scitur, vixq; conijci signis aliquibus potest, cum & loca aliquando mutarit, nec semel euerfa sit. Quantum verò ex ipsa veteris vrbs ruina diuinare licet, huiusmodi illius figuram, ac positionem fuisse dixerim, vt scilicet Pyramidem exprimeret, cuius vtrumq; latus, eo quod interno externoq; mari allueretur, sinuosum erat: basis vbi maximè Vrbs in ipsa latera porrigebatur, hybernum orientem respiciebat: extremæ pyramidis conus ad occidentem æstiuum pertinere videbatur. qua parte Arx tandiu & inaniter ab Annibale obsessa erat, vbi hodie sita est ciuitas ipsa, quamuis inferiores in interno mari partes aliquot complexa. Verum quoquo te verteris ingentes deletæ atq; incensæ vrbs ruinae, sed admiranda non occurrunt vestigia publicorum præcipue ædificiorum. Noua vrbs circumflua, siue (vt Græci loquuntur) amphithalassa, oblongæ insule, aut longæ nauis habet speciem. A Puppi manufacta est fossa, longis nauibus permeabilis, quæ vtrumq; mare admittit. à Continente Marcus Antonius Philomarinus nobilis Neapolitanus de sedili, plateaq; quam dicunt Capuanam, iussu Ferdinandi & Alphonsi iunioris, cui Straboni agnomen fuit, mira arte & ingenio abscidi curauit, quam Turcæ Hydrunte capta inter alias Salentinorum vrbes Tarento, propter summam eius portus opportunitatem imminerent. Eadem fossam nostris temporibus latiore fieri Philippus Austriacus Caroli Cæsaris filius, Rex nostro sæculo inuictissimus & fidei Christianæ defensor acerrimus mandauit, & operi præfuit Ribera prouincijs tunc præfectus, & hodie Regius Cancellarius, & magni Camerarij Locumtenens. Prora, vbi æstus maris concitatissimus est, fluctibus & refluentibus vndis instar rapidissimi torrētis duplicis quidem, vel propè dixeris Euripi, propter vndarum Lunæ (vt aiunt) motū senis quibusq; horis conuersionem, duobus à piscatoribus notatam nominibus Serra & Chio-ma; pōtib; cum ligneis tum lapideis octoginta ferè pass. & amplius contenti adiungitur, quo in loco frumentarias posse strui molas non semel disceptatum est. habetq; inde difficiliorem oppugnationem. Ambitus aliquando fuit pass. sex mill. hodie non videtur excedere spacium duodecim stadiorum. Internum & conclusum mare, vbi latissimum est vix duo perficit miliaria, in circuitu duodecim millia pass. & paulò plus complectitur: at Straboni minor est centum videlicet vix stadiorum. Eius fauces longo (vt diximus) includuntur ponte, semperq; vel seuis incidentibus tempestatibus tranquillam & tutam nauibus stationem, copiosissimamq; præbet piscationem.

suffocantur aliquando ipsæ fauces, vt vidimus IOANNIS AVSTRII iussu multo labore exhaustas ad longas ante victoriam in Echinadibus de Turcis habitam, naues admittendas. Felicissimi illius anni primi & septuagesimi supra millesimum & quingentesimum cur æterna non erit memoria, quo Ioannes Austrius tam præsentium quàm sequentium temporum decus CAROLI Cæsaris semper Augusti filius à fratre PHILIPPO Hispaniarum Rege Christianissimo, & SENATV Veneto maximè illustri, magnifico, ac prædiuite, ac primum omnium à PIO huius nominis quinto felicissimæ recordationis pontifice maximo, christianæ classis fæderis sanctissimi præpositus, Nonis Octobris in insulis Echinadibus, quæ ad Epirum sitæ sunt, trium horarum spatio nouam de Turcis & inauditam adeptus est victoriam, trecentis deuictis triremibus, quorum aliquot summersæ, nonnullæ exustæ, plures captæ, & pauca ductu Oechalij Calabri Archipiratæ, qui è Christiana religione ad Machometicam barbariem multo antè defecerat, in fugam conuersæ. Muris & turribus vrbs est vndiquaq; lapideis munita, ab Austro præcipuè & Septentrione, omniumq; iudicio olim ferebatur in expugnabilis. Nam & Turcæ à Byzantio ad Neapolim, Galli à Parisijs ad Hydruntem, Urbem Tarento munitiorem se vidisse negabant, quæ terrarum omnium bella & ferre & inferre posset. At hodie tormentis igneis, quas bombardas & basiliscos vocant, ita facillè expugnationi obnoxia, vt Marcus Antonius Columna Romanæ totiusq; Italæ gentis gloria vt miserimam defleuerit. Includitur ab Austro & occidente duobus tenuissimis promontorijs, vbi, vt in tota hac ora ab Hydrunte vsq; Neapolim ad explorandum Piratarum aduentum turres erectæ sunt, quæ à scriptoribus Phari appellantur. in sinistro promontorio fuit olim Græcum Canobium de societate magni Basilij sub titulo SS. Viti & Modesti atq; Crescentiæ. quorum reliquiæ in æde à Ludouico Rege illis dicata religiosissimè seruantur. propè dexterum cui ab hirundinis auis forma Rondinello nomen est, horti sunt cultissimi piratarum præda, & aquatione notabiles. Inter hæc duæ magnitudine dispares iacent insulæ, quæ nullis apud auctores sunt nominis. in seruianis tamen scholijs Electrides, siue Febræ videntur appellari; alias aureæ dictæ sunt insulæ, vel à piscatura non minus mirabili quàm in sinu Brutiorum Hipponiato, & præcipuè coralliorum; vel quia sedes erant Archipiratarum, vt totos ibi sex menses viderimus aliquando Oechalium, Curtugolum, Dragutem, lucri causa & quotidianæ prædæ hyemare. Ioannes Fræsciscus Rubeus eques Troianus in historia Neapolitana, quam morte occupatus non edidit, arbitrabatur alteram ex Tarentinis insulis Ogygiam fuisse Calypsûs: id autem verum ne sit, qui viderit Plinium, iudicabit. Vtraq; hodie à sanctis suum quæq; sortita est nomen. maior à diua Pelagia, minor ab Apostolo Andrea. Est & tertia in ipsis faucibus portus diuo Nicolao dicata iuxta quam prospicitur scopulus, qui à nautis in hydrogra-

hydrographia Turrunda scopulus appellatur, non absq; diligenti obseruatione prouisus. Temenetida porta apud Tarentinos tam perspicua olim ferebatur denominatione quàm Troianorum Scæa, Alexandrinorum Canopica, Atheniensium Pyraica, Cornithiorum Teneatica, & hodie Neapolitanorū Capuana cum Regali. Ditas modo portas habent, alteram ad Orientem ad Septentrionem alteram: prima ducit ad Messapiam & totam Iapygiam, secunda ad reliquam Italiam: propè illam Arx est non multum perspicua, propè hanc turris præ alta vulgari appellatione Citatella, qua portem cum portu defendere videtur. Maiore & aperto mari rupes sunt altissima & inaccessible, vt adigi ad mœnia nullo pacto naues queant. imminetq; vrbs ipsa, vt non nisi altioribus scalis multorumq; graduum conscendere quis valeat. Incluso & mediterraneo arenosum est litus, & vrbs quæ inferior inde est, æquale, olim non erat munitum, vt hodie piscatores subducat litores & cythbas vbi piscari cessauerint. Illud non videtur prætermittendum, quæ mœnia scilicet Tarentinorum non infero & Tyrrheno, sed supero atq; Adriatico mari alluit. hæc enim est scilicet L. Flori sententiæ, hæc ea de colligitur apud felicium iuriconsultum, qui in historia Regni Neapolitani, quam scripsit iussu Alexandri quinti summi pontificis, dicit, hoc regnum à supero mari ab Imperatoribus Græcis gubernatum, sicut ab infero à nostris, & in Tarentinorum priuilegijs quæ multa sunt, extantq; ab anno domini millesimo trecentesimo & tricesimo, Constantinopolitanorum Cæsarium atq; Imperatorum est mentio, Catherinæ videlicet Roberti, eius filij Philippi, atq; aliorum, sicut in octauo, qui vltimus est, libro scribimus. Sed continere me non possum quin Elysijs Calenti Epistolam ad Flosum de Tarento subscribam, deq; eius forma. fuit Calentius vir Neapoli insignis, cum Aragonij regnarent, quando Pontanus, Altilius, Grauina, & Actius immortalis ingenio præditi vates diuina carmina factitabant. Adamauit eum Pontanus, & contubernalem à puero habuit: suspexit Altilius: Actius verò syncerus metitis laudibus exornauit. hic ita scribit. Tarentum vrbs altera parte mari, altera lacu abluitur, in quem Galeus fluuiorum breuissimus fluit. Verum & is mari vicissim congregiens immiscetur, ideoq; ab æcolis præ amatore simili Mare appellatur, cuius ambitus passuum millibus duodecim constat. Quod si fretum confitebimur esse, tendit initio ad Orientem, mox ad Meridiem declinat, relinquiturq; inter duo maria telluris paululum, bouinæ linguæ ad imaginem, qua ciuium domicilia posita sunt. Urbem ipsam inter geminas aquas longæ nauis in effigiem editam, vrbium penè omnium amantissimam puto, & iucundissimam, nisi quantum copia rerum ciuibus egestati est, pro desidia & inertia. Hic vini, salis, olei, pomorum abundè, piscium plusquam sat est. Croci, Amygdalarum quoq; fati, puellarum ad fastidium. Quieti locus amplissimus, ac longè remotus ab his, quas duxi esse molestias, rebus. Id

volui scire te, ut qui oculis egregiam urbem non videris, animo videas. Vale. Scribunt Plato, Aristoteles, & Hippocrates, primus in sexto delegibus Dialogo, Alter in septimo de Repub. tertius in libello de aere, aquis, & locis, quomodo erigenda sint vrbes, & quae in illis obseruanda sunt, priusquam congregentur ciues: sed antiquiores vrbes nostrae conditores, qui praecesserunt, naturam credo impulsu, ac iudicio multa perspexere in illa edificanda, nempe qua ventorum plaga locus iaceret, ac solis occasu mine, vel exortum prospiceret: quae aquarum erat commoditas: quae terrae arandae ac seminandae qualitas: locus vbi condenda erat, eminentior ac montans videretur, an in ampestris & inuis, quam formam possit recipere, circula rem, an multilobam, vbi templum, vbi forum, vbi magistratuum palatia essent construenda, quibus muris, turris an (ut poeta dixit) aeneis ferreisq; esset erigenda. Erat in his viciis in edis excelsisq; locis vrbes ponere, non quia alterius (ut aiunt) diluuii metu impulsu hoc sibi expedire credebant; sed quia difficilior hostibus accessus erat futurus. sed haec philosophorum sunt, non historicorum, nam hi quid factum sit, animaduertere debent, quid faciendum illi. Nota est non animaduertendum quod scribit Diuus de agro Tarentino: illum ciuitibus domitis publicum populi Romani fuisse: Caio Domitio Praetori fuit ab illo mandatum, vt ducenta illius agri iugera darentur Onesimo nobili Macedoni, Pythonis filio, qui Romam se contulit cauens sibi a Rege Macedonum; quem ad monuerat, vt pacem cum Romanis haberet, seruetq; foedus iectum cum illis.

DE PRINCIPATU TARENTINO IN illo contentis. Cap. VII.



Non octauo, qui vltimus est huius operis libro, multa, & fortasse superflua sunt, quae scribimus de Tarentinorum principibus, initium sumentes a Roberto Guiscardo Gothifredi fratre, Bohemundi, qui deinceps in bello sacro fuit, patre, vsq; ad Philippum Austriacum Christianissimum. Cum igitur actum sit huc vsq; de regione, & agro Tarentino, consentaneum videbatur pauca referre de principatu. Tarentinus igitur principatus vtraq; in sinu descripta cornua in sua olim habebat ditione. Blondus foro liuientis tradit ab Aufido fluuio vsq; ad Zephyrium promontorium, hinc a mari supero, inde a Thyrrheno. Erat animus, vt & vrbes non quidem singulas, sed quae apud Geographos per celebres sunt, cum fluuijs, montibus, locis, populisq; principatui subiectis adijcere. Verum quia & in principum gestis rebus, praecipue Ioannis Antonij, & in toto fere opere nominantur: & nullo negotio a Plinio, Strabone, Pomponio lato, Solino, Dionysio, Volaterrano, multisq; recentio-

centioribus eas colligere cuiq; licet, mutato in melius consilio breuitati potius studere, quam ad idem saepe repetere visum est. Sed illud tantum non praeterendum duxi, Marcum Varionem nobiles appellasse vrbes, quae in tractu Tarentino occiduo sunt, sicut & ad illius amulationem Propertius nobiles dixit Misenas: vtriusq; verba haec sunt. Varronis: Ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, Cretaria, Anancea populo, nobilium Tarentinarum. Propertij.

*Et tene ante Thesprao subdit regno
Proxima Misenis aquora nobilibus.*

Sed de Brundilio, & propter veteres, quae eo fugati sunt, Tarentinis, & propter Phalanthum nequiu penitus me abstinere, quin pauca alia haec subiungam. Brundisium, vulgo Brindisi. Existimant aliqui vocari Brundum insulam, Graeci Brendesium, Stephanus Vulgatum est, hoc nomine caput cerui significari, non graeca, non latina lingua, sed Messapia seu Peucetia, quia a ducibus suis vtrunq; nomen haec vltima Italiae ora affecuta est. Portus ceruino capiti similitudinem exhibet, nam Messapij βέρδον ceruum dicunt. cornua magna ex parte urbem cingunt. toto terrarum orbe est notissimus. vnde Ennius dicit.

Brundisium pulchro praecinctum praepete portu.

Afranius poeta comicus fabulam scripsit Brund: quam vocem Brundusinos extendit in Nonio Marcello Adrianus iunius: sed sext. Pompeus Brundisium habet. Didymus auctor antiquissimus in Homeri scholijs Brundisium ferunt olim dictum Temesin: eius verba in primo Odyssae leguntur commentario. Τεμέσι πάλαι κούρον. κατὰ δὲ πάλαι Ἰταλίας, ἢ τὸν Ἰβερνῆσιον καλοῦσι. Interior portus aucturibus, olim & catena claudebatur: exteriorem hinc atq; hinc scopuli, & insularum obiectus protegit. vrbs quasi peninsula est, inter duo cornua ab occidente supra dextrum cornu arcem habet miro opere, & quadrato lapide, primo a Friderico iuniore Henrici filio, Anobarbi nepote constructum, deinde a Ferdinando & Alfonso eius filio: nostris diebus a Philippo Austriaco munitam. Urbem quoq; , quos e mari non habebat, muris iisdem cinxere. Arcem inexpugnabilem insula in qua erat templum diui Andreae Alfonso Rex edificauit; quae portus exterioris ostio imminet. Syllius Italicus Brundisij finem esse Italiae dicit.

Nec non Brundisium, quo desinit Italia tellus.

Huius vrbs meminit Herodotus in Melpemone, Trogus Pompeius, Strabo, Polybius, Seleucus & alij.

Finis Secundi Libri.

DE
ANTIQUITATE, ET VARIA
TARENTINORVM

LIBER TERTIVS.

IOANNE IUVENE EORVM CIVIS
AUCTORE.



QUI POST PHALANTHVM REGES.

Cap. I.

QVI post Phalanthum Reges fuerint Tarentini, & duces, vsq; ad philosophum Archytam, id prorsus ignoratur: siquidem nulla est de illis continuata series. Sed tamen plane constat apud scriptores haud neglectæ auctoritatis, Tarentinum populum inter cæteras orbis terrarum gentes suum aliquando habuisse Regem. Is à libero tunc populo eligi consueuerat, ac magis officij quam superbæ dignitatis erat nomen, & titulus. Parebat ei Calabria omnis, atq; Apulia, & Tarentum tempestate illa mater erat, & caput omnium ciuitatum, suo cuncta vbiq; disponens arbitrio. Herodotus in tertio Musarum meminit cuiusdam Aristophilidis Crotoniatæ, qui apud Tarentinos rerum potiebatur, quando Darius Demodocen Crotoniatam medicum vna cum Persis aliquot iuuenibus ad vniuersæ Græciæ loca exploranda misit. ita enim ab ipso medico, qui visendæ patriæ desiderio flagrabat, per Alossam Cyri filiam, Darij; conjugem, quam cum marito pedis luxatione laborantem curauerat, fuit Dario persuasum. In historia quam Clerici Tarentini habent de aduentu principis Apostolorum Tarentum, Reguli cuiusdam fit mentio, cui Eucadio nomen erat, & cuius filiam cacodemone obsessam Marcus Euangelista Petri comes liberavit. quod in Ecclesia Tarentina pluribus enarratur.

DE

TARENTINOR. FORT. LIB. II.
DE ARCHYTA TARENTINO.

Cap. II.



CONSTAT apud Diogenem Laertiū plures fuisse Archytas: nos & si Tarentinum mathematicum quærimus, omnes tamē commemorare haud pertæsum est. nam vt Thebano Herculi, quicquid huius nominis reliqui fecerint, poëtæ tribuunt, ita & permulta aliorum illustria ac præclara facinora, qui Archyte dicti sunt civi illi nostro vel Historici reliquorum Ignari adscripserunt. fuit igitur Archytas vnus Mytelenæus, & is musicus, cuius haud indignum est credere Athenæum meminisse, & illum vocasse ἀρμυσιανόν. qui scripsit ὁ ἀρτυτικά, hoc est de condiendis obsonijs. cui cum daretur probro, quòd dum caneret, non exaudiretur, respondit instrumentum pro se loqui. Alter sequitur, qui de agricultura scripsit, quamuis & hic Tarentinus videri possit, qualis Pierio Valerio in Hieroglyphicis visus est. docuit is inter cætera cauendum ne Vinetis aliquid seminetur, Brassica præcipuè, vt pote quæ vitibus egregiè sit contraria. nam quæ suæ naturæ siccitas est, multo indiget humore, vitibusq; consita alimentum trahit. Tertius poëta erat Epigrammatarius. Quartus & his additur, cuius proferunt librum de Machina. Quintus noster est Tarentinus Hæstiei filius iuxta Suidam, vel Mnesarchæ, vel Mnesagoræ, qui claruit circa sextam, & nonagesimam Olympiadem, Platonis æqualis, Pithagoræus philosophus, cum esset Persarum Rex magnus Artaxerxes vndecimus, qui in Hæster libro Assuerus conicitur; quod tempus si ad mundi totius annos reduxeris octingentos inuenies, & paulo plures supra quatuor mille; Si Romanum imperium perquiseris, inuenies eum floruisse secundo post quadragesimum vrbis conditæ, & sexto cum Platone conuersatum vsq; ad trigésimum tertium, quando de voluptate disseruit. Laudatur in Archyta animi magnitudo, sed illi præfertur mansuetudo, qua iracundiæ dominabatur, sicut de Nestore Pylio tradidit Galenus medicus: & philosophi etiam ipsi inquirunt, irritabiles esse optimorum sæpe virorum animos, & eosdem sæpe placabiles. cuius virtutis encomion non vno in loco Cicero, & eum secutus Valerius multis verbis scribunt. nam & in libro de Rep secundo, sed imitor (inquit) Archytam Tarentinum, qui cum ad villam venisset, & omnia aliter inuenisset &c. cuius quidem loci verba cum manca sint, addam quæ in Tusculanis quæstionibus de eadem re scriptum reliquit: Qui habent vlciscendi vim, differant in tempus aliud, dum deseruescat ira: deseruescere autem certè significat ardorem animi in vita ratione excitatum, ex quo illud laudatur Archytæ, qui cum villico factus esset iratior, quo te (inquit) modo accepi sem, nisi iratus essem? quam eandem animi modestiam habuisse etiam legimus Platonem, qui aduersus seruum ventri deditum ira percitus

percitus vocato fororis filio Speusippo, abi, dixit, hunc verberato, nam ego nimia exagitor ira. Quanti autem fecisset Archytas amicitiam, idem Cicero docet in Lælio his verbis. verum igitur est illud, quod à Tarentino Archytas (vt opinor) dici solitum nostros senes commemorare audiui ab alijs senibus auditum. si quis Cælum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem syderum perspexisset, in suauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, nisi aliquem, cui narraret, habuisset. Verborum obscuritatem, sicut Ælianus in varia historia docet, assidue vitauit, vt qui modestissimus: cum verò necessitas aliquando postularet, absurdius aliquid dicere, non profatus est, sed id quidem tacuit, inscripsit autem in pariete, monstrans quod dicendum erat, neque vt diceret, cogi vnquam potuit. Celebrantur, & huius sicut aliorum philosophorum, ac ducum Apophthegmata, nam & aliquando, humanum genus omnium animantium vaferrimum considerans dicebat, quemadmodum difficillimè piscem sine spinis inuenias, sic & hominem qui non dolosum spinosumq; quiddam habeat admixtum. Solertis est hominis (inquit philosophus) similitudinem longè distantibus in rebus cernere, quemadmodum dixit Archytas, idem arbitrum, atq; aram esse, quia utroq; confugit, qui iniuriam passus est. in philologia dicit Volateranus Archytam solitum disserere, omnem communitatem constare ex tribus, dominante, dominato, & legibus. præterea meliorem imperare oportere, peiorem imperari. Cum autem Eratosthenis legisset Hermen dixit hoc carmine.

Χρειώ πάντ' ἐδίδασκα, τίδ' ὄνυχρῆσάνην ἀν' ἔυροι;

Necessitas omnia edocuit:

Quid enim necessitas non inueniret?

Ferunt quidam non indiferti Archytam consuluisse, vt si quis manè transglutiret cor Vpupæ, vel Hirundinis, siue Mustellæ; siue Talpæ eo adhuc viuento, & palpitante, conferre ei ad memoriam, reminiscenciam, intellectum, ac diuinationem. Omnia censuit proportionem moueri. Animam dixit ad exëplum vnus compositam, quæ ita illocaliter dominatur in corpore, sicut vnū innumeris. Scripsit multa, vt ex Stobæo constat. *περὶ τοῦ ὄντος*: idest de ente. *περὶ ἀρχῶν*, idest de principijs *περὶ νόου καὶ ἀισχίσεως*, idest de mente, & sensu. *περὶ τῆς σοφίας*. id est de sapiencia. De ente hæc leguntur ex prædicti auctoris Eclogis Ethicis, atq; physicis, quas latinitate donauit Gulielmus Canterus. Valde falli mihi videtur, qui de quauis re duas contrarias ferri posse credunt sententias, vtranq; vel veram, vel falsam. at ego primum hoc nefas duco, si quidem nec pulchrū pulchro nec album albo contrarium est, sed pulchrum, ac turpe, album ac nigrum inter se contraria sunt. sic etiam verum falso contrarium ponimus, nec duas veras sententias, vel duas falsas, sed alteram veram, alteram falsam: non enim, qui animum hominis laudat, corpus reprehendit, contraria dicit.

nisi

nisi etiā qui de cælo, ac terra agat, de eodē agere dicamus. si quidē duo sunt illa non vnū. quid autē verbis opus est: etenim qui Athenienses dixerit doctos, & qui ingratos, nequaquā cōtraria dixerit, cū enim inter se contraria pugnent, in eodē hic iam duo cernuntur. De principijs sic differit. Duo necesse est rerū esse principia, alterū seriem ordinatorū, & finitorū, alterū inordinatorū, & infinito rū cōplectens: & illud quidē effabile, ac rationis particeps, tum res continere, tū definire, & cōponere, semperq; rebus ad iunctū ratione illas, ac numero producere, vniuersoq; naturam, & speciē largiri: hoc vero nec effabile, nec rationis particeps tū cōposita lædere, tū ad ortū progredientia dissoluere, semperq; rebus adiunctū sibi eas similes reddere. Et quoniā duo cōtrario rū sunt principia, quod alterū boni sit, alterū mali causa, duæ quoq; rationes requiruntur, altera boni auctoris naturæ, altera mali. qua propter tū artis, tū naturæ opera, hæc duo primū nanciscuntur formā, & substantiā, quarū illa certū quid esse rē facit, hæc illā subiecta recipit. atqui nec substantia per se potest formā recipere, nec illa hæc vestire: sed maior aliqua requiritur causa, quæ substantiā ad formā perducatur, eadēq; prima sit, ac potentissima, quā quidē vocari cōuenit Deū. itaq; tria iā sunt principia, Deus, substantia, & forma. Deus quidē opifex, & motor: substantia autē materia, ac mota: forma verò ars: at vnde mouetur à motore, substantia. Iā quia quod mouetur cōtrarias habet in se corporū simplicium vires, cōtraria autē cōpagem quandā, & copulā desiderāt, numerorū vires, ac proportionem, & Arithmeticas, Geometricasq; demonstrationes oportet assumere, quæ substantiā cū forma cōpingere, & copulare possint. nā per se quidē substantia, forma caret, formæ autē ad mota, formā accipit, & cōpositionis rationes. ac si militer si quid mouetur, oportet aliquid esse quod p se moueat, quo circa tria sunt ponēda principia, substantia, forma, quodq; p se moueat, nec cernitur, quod quidē nō tantū existere oportet, sed etiā menti præstare, mēti autē præstat, quæ Deū vocamus. Itaq; æqualis quidē ratio ad effabile, & rationis participē naturā, inæqualis autē ad rationis expertem, & ineffabile pertinet. Ea vero substantia est, ideoq; in hac nō absq; hac ortus, & interitus cernuntur. Et paulo post. Rerū cognitionis principium de ijs quæ cernuntur sumitur. ea verò partim intellectu, partim sensu percipiuntur, hoc mobilia illo immobilia, quorū priora mente, posteriora sensu iudicantur. Quæ autē nō cernuntur, partim sciencia, partim opinione cōprehenduntur, illa mobilia, hæc immobilia. Ac tria quædā requiruntur, quod iudicet, quod iudicetur, & ad quod iudicetur, quorū primū est mēs, ac sensus, alterū ratio, tertiū id quod cernitur, id quod partim intellectu, partim sensu percipitur. Iudicat porro rationē mēs nūc rei intellectu, nūc sensu perceptæ in hærens, vnde & figurarū ac numerorū captiones in Geometria existūt, & verisimiles in Politicis, ac Physicis artes, & factorū causa, etenim harmoniā quidē duplā rationē habere, intellectu percipitur, cōuenire autē hæc rationē, sensus docet: qui etiā Mechanici secūdū intellectū figuras, numeros, & pportiones vsurpāt, ac effectus ad sensū referuntur, quādo quidē in materia, & motu cernuntur: Deniq; rei causā nemo cognouerit, nisi eius naturā ante cōsiderauerit, ac natu


H ra qui-

ra quidē cuiusq; mēte iudicatur, causa autē, & modus ratione, & sensu, ratione quidē cū aliquid necessariō efficitur, sensu verō cū sensus affertur testimoniū. De mēte, & sensu hæc habētur. Sēsus quidē in corpore ponitur, mens autem in anima. nā vt illud eorū, quæ sub sensu cadūt, ponitur principium, ita hæc eorū, quæ sub intellectu. etenim multitudinis quidē est numerus mēsurā, lōgitudinis autē pes, pōderis vero trutina, rectitudinis deniq; norma. eodē pacto corporū quidē sensus est mēsurā, rerū autē intelligēdarū mens principiū, ac mēsurā. Præterea mēs quidē rerū naturę primū intelligēdarū est principiū, sensus autē nobis. si quidē vt illa principiū est animę, ita hic corporis. mēs porro de præstātissimis iudicat, sensus de vtilissimis: si quidem vt sensus corporis ministerij causa procreatus est, ita mēs amplioris eiusdē curę: præterea mēs sciētij principium est, sensus opinionis: si quidē vt hic sub sensū cadētū habet functionē, ita sub intellectu cadētū illa. Iam quę quidē sentiūtur, mouētur ac sunt cōmunia, quæ autē intelligūtur, cōsistūt ac sunt singularia: similiter, quoq; sensus ac mēs se habēt. etenim sensus quidē ad id quod sentiri potest, refertur: hoc autē & mouet & mutatur, nec vnquā quiescit, ideoq; tū magis ac minus, tū melius ac peius sentitur: mēs verō ad id quod intelligi potest, refertur: hoc autem nūquā mouetur, ideoq; nec magis nec minus, nec melius aut peius intelligitur. Iam quę admodū mēs primū & exēplū cōspicit, ita sensus imaginē & secūdū: si quidē vt mēs nō simpliciter hominē cōsiderat, ita simpliciter sensus orbē solis vel fabri: præterea mens quidē diuidi nequit, velut Monas aut punctū: similiter nec quod intelligitur, quoniā forma, nec finis est, nec terminus corporis, sed rei tantū descriptio, quatenus res est: sensus autē diuidi potest. eorū enim quæ sunt, alia sensu, alia opinione, alia sciētia, alia deniq; intellectu cōprehēdūtur. & corpora quidē quę subsistūt, sensu cōprehēdūtur, opinione autē quæ formas habēt & imagines, velut homo quiddā hominis, ac triangulū quoddam triāguli: sciētia verō quę necessariō formis eueniūt, vt in Geometrię figuris, intellectu, deniq; cū ipsæ formæ tū scientiarū principia, vt ipse circulus, ipsum triangulū, ipse orbis. Iam in anima quoq; nostra quatuor cernūtur cognoscēdi facultates, mēs, sciētia, opinio, sensus, quorū duo rationis principia sunt, mens, ac sensus, duo fines, sciētia, & opinio: cū porro simile semper à simili cognoscatur, efficitur, vt mēs quæ sub intellectu cadūt, cognoscat. sciētia quæ sub scientiam, opinio, quæ sub opinionem, sensus quæ sub sensū. Hæc omnia ex Stobæo. Scripsit præterea Archytas multos libros de sapientia, quam in rebus omnibus dominiū quoddā excelsum habere, vt in sensibus de visu, in anima de sensu, in syderibus de soledixit. nam visus longissimè tendit plurimasq; rerum formas intuēdo complectitur: & mens quali Regina quodcūq; opus est ratione, & excogitatione perficit: ac visus quiddā, visq; est rerum præclarissimarū: & Sol ipse oculus est, atq; animus totius naturæ, per quę scilicet omnia cernuntur, gignuntur, nutriuntur, augentur, fouentur: Homo verō animantium omniū longē sapientissimus, vim quippe habet illam, qua speculari omnia possit, ac scientiā prudentiamq; ex omnibus elicere, vt in quo Dens maximus rationē imprefert

ferit ac signauerit, vbi rerum species omnium distinguerentur, distinctæ significationesq; forent nominum, & verborum, sic vt loca etiam certa vocū sonis assignata sint. Archytas cum seruis abundaret quam plurimis, illorum liberis, vsq; adeo oblectabatur, vt cum illis frequentissimè luderet, ac plurimum inter conuiuia illorum præsentia delectaretur, quod quidem, & alijs quam plurimis, & potentia & sapientia præditis accidisse narrant scriptores. nam & Hercules quos in certaminibus subibat labores ludicris alleuiabat, quiq; Iouis & Alcmenæ filius prædicabatur, cum pueris admodum ludere non grauescebat. Sed & Euripides eundem Deum introducit, fingitq; dicentem ludo ac laborum recreat me gratissima vicissitudo. Socrates etiam aliquando deprehensus est ab Alcibiade ludere cum Lamprode adhuc infante. Agesilaus verō arundini insidens equitabat cum filio puero, & cum quiddā risisset, nunc (inquit) tace, cum verō & ipse pater euaseris, tunc patribus dicit. Volaterranus ait, Cosmum Medicen iam senem & patrię principem nepotibus paruis colluisse, & ex his cuidam auenam in medio foro aptasse. Is (vt ad Archytam reuertamur) diutius Tarentinorum princeps enituit, emicuitq;, atq; vt nonnulli volunt septies ciuibus præfuit, cum cæteri plusquam annum imperare lege prohiberētur. Cum exercitui præficeretur, dictator creatus & à ciuibus suis, & à circumuicinis Græcis, nūquam ab hostibus fuit superatus, sæpe cum victoria domum redijt, spolijsq; onustus. creditur autem hoc illi accidisse, quia (vt Plutarchus refert in Politicis) magna fides est Archytæ à suis præstita, sicut & Bato cuidam, & quam plurimis alijs à suis quibusque populis habebatur. quod si alijs ducibus etiam exteris Tarentini ita fuissent obsecuti, ad tantam cladem, quanta postea videbitur, non peruenissent, & ipse etiam Archytas cum semel cederet inuidiæ, quam ex optimo regimine contraxerat, sese imperio abdicauit, nec multo post vidit suorum ciuium exercitum in ius, ac potestatem celsisse hostium. Nobilissimus hic Pythagoræus fuit primus, qui mechanica mechanicis vsus principijs, exposuit primus motum organicum descriptioni Geometricæ admonuit ex dimidij Cylindri sectione, duas medias secundum proportionem sumere, quærens ad cubi duplicationem. primus (inquam) in Geometria cubum vt Plato in sua testatur repub: adinuenit: & in Marcello Plucarchus Eudoxo Gnidio, & Archytæ adscribit machinamentorum artem, vt qui varietate quadam exornare Geometriam studuerunt. laudatur in primis tanti viri ingenium à philosopho, & simul (inquit) opus est vt pueri habeant exercitationem aliquam. & Archytæ organum recte repertum est, quod pueris dant, vt in eo occupati, illa, quæ sunt domi non frangant, nescit enim pueritia quiescere: hinc adagium illud apud Græcos natum *Ἀρχύτων πλαταγή*. Hoc est Archytæ crepitaculū à Suida annotatum, & in hominem vehementer garrulum, obstreperumq; dictum: neq; absurdè torquebis in eos, qui naturæ vitio, quouis loco, quauis

de re, & apud quosuis, quiduis, garrunt, quales Græci *λάλους, ἀμτροπεύς, ἀκροτυμύθους, & πυλυμύθους*, appellant. Latini Garrulos, locuruleios, Rabulas, Blaterones, & Linguaces. Sed neq; hoc in loco prætereundum arbitror, quod ad ingenij Archytæ ostentationem laudatissimam scribit Agellius, nam & maius quodam, atq; admirabilius videri poterit. Sed (inquit) id quod Archytam Pythagoricum commentū esse, atq; fecisse traditur, neq; minus admirabile, neq; tamen vanum æque videri debet, nam & pleriq; nobilium Græcorum, & Phauorinus philosophus memoriarum veterum exequentissimus affirmatissimè scripserunt, simulachrum Columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam, disciplinaq; mechanica factum volasse, ita erat scilicet libramentis suspensum, & aura spiritus inclusa, atq; occulta cōcisum, libet Herclè super re tam abhorrenti à fide ipsius Phauorini verba ponere. *Ἀρχύτας Ταραντίνος φιλόσοφος ἄμα καὶ μηχανικός ὁν ἐποίησε περισφρόν ξυλίην πετομένην, ἣτις εἶποτα λάβησεν, οὐκ ἐτι ἀνίστατο μέχρι γὰρ τούτου.* hoc est, Archytas Tarentinus philosophus pariter, & mechanicus vir Columbam lineam fecit volantem, quæ si vnquam obsedisset, præterea non exurgebat. Artem hanc machinandi, in qua Eudoxum (vt diximus) Gnidium habuit socium, multis varijsq; geometricis cælaturis exornauit, subriles & occultas artis propositiones machinarum formis mortalium oculis subijcere adorsus, id Plato ægretulisse fertur, vt quæ ingenij essent, sensibus subijcerentur: nec frustra ille auguratus, futurum aliquando vt machinandi ratio philosophia auulsa alterius esse crederetur, quod postea accidit militaribus inclusa artibus, atque inserta. quo quidem in genere Archimedes multo post traditur tantum studio atque ingenio profecisse, vt iactare solitus dicatur si alterum terræ globum nactus esset se alterum alteri applicaturum. Habuit Archytas discipulos quamplurimos, sed Empedoclem Suidas nominat, Eudoxum gnidium Aristotiles moribus modestum, pauperem, tenuisq; fortunæ, Geometram, Astronomum, medicum, philosophum, legiferum, & voluptatem summum bonum esse dicentem, Philolaum Crotoniatam apud suos maximæ auctoritatis: Sed in voluptate, si tamen non animi voluptatem intelligimus: Epicurum Eudoxus, vel Eudoxum Epicurus est secutus. Nam Cicero in Catone maiore differentē adducit Archytā contra voluptatē, erat enim tertia hæc senectutis vituperatio, quod eam dicebant voluptate carere.

ARCHYTÆ ORATIO CONTRA voluptatem.

 Præclarum, exclamat, ætatis munus, siquidē id aufert à nobis, quod est in adolescentia vitiosum: Accipite (inquit Cato) optimi adolescentem veterem orationem Archytæ Tarentini magni in primis & præclari viri, quæ mihi tradita est cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo:

Maximo: Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitarentur, hinc patriæ prodiones, hinc rerum publicarum euerfiones, hinc cum hostibus clandestina consilia, & colloquia nasci dicebat. nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret, supra verò & adulteria, & omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari nisi voluptate. Cumq; homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem: nec enim libidine dominante temperantia locum esse nec omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Sed quo magis intelligi possit, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxime, nemini censebat fore dulcius, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione, consequi possit. quo circanihil tam detestabile, tamq; pestiferum quam voluptatem: siquidem ea cum maior esset atque longior, omne animi lumen exstingueret. Hæc cum C. Pottio Samnite patre eius, à quo in Caudino prælio Sp. Posthumius, & T. Bertrius Coss. superati sunt, locutū Archytam Nearchus Tarentinus hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanerat, se à maioribus natu accepisse dicebat: cum quidem ei sermone interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Emilio Appio, Claudio Coss. reperio. Huic Archytæ orationi contra voluptatem, ita per Catonem summam & memoriter recitatæ non esset ab re nostri instituti apponere, quæ Ethenaus refert pro voluptate ex persona Polyarchi: historia, tamen ea est quam Aristoxenus refert in Archytæ vita Dionysius iunior legatos misit Tarentum inter quos fuit Polyarchus cognomine Delicatus, non dictis solum verum etiam factis corporis voluptatibus addictus, Archytæ familiaris: nec omnino alienus à philosophia. qui Archytæ ad lucum (erat is Tarenti locus) obuius, cum eo spatatus est, interim dum disputantem audiret (inciderat enim quæstio ac consideratio, de cupiditatibus, ac in vniuersum de voluptatibus corporeis), multa pro voluptate respondit, quæ ibi, qui voluit, legat, intueniet enim, quæ differat ex è plo Regis Persarum, & sui Dionysij Tyranni sexcentorumq; aliorum. Philosophiam, & contemplatiuam vitam non temerè multi peregrinam dixere: nam multos inuenias philosophos, qui discendi studio nunquam peragrar orbem terrarum destiterunt, sicut fecit Pythagoras Samius, qui sexagesima peracta (vt infra dicitur) Olympiade in nostra hac floruit hora, sicut fuere Empedocles, Heraclitus, Democritus, Anaxagoras. Apollonius adijt Gymnosophistas, & Indos: Anacharsis scythæ Acticos, Regina Sabba Solymos: Plato Ægyptios, & demum ad audiendum Archytam Tarentinos, quem à Piratis captum redemit ære suo Archytas, & seruum atq; discipulum habuit in Pythago-

Pythagoræa philosophia: hi sunt versus latinitate donati, quos de hac re affert Ioannes Tzezes,

*Apolide nauarcho quidem genere Spartiata
Platonem philosophum emit Archytas,
Philosophus et iste quidem, verum Pythagoræus,
Seruum autem habens docuit philosophiam
Ipsam Pythagoræam.*

Fuit inde inter Platonem libertate donatum & Archytam ipsum magna ar-
taq; familiaritas. vnde traditur quod cum Dionysius iunior Syraculis Ty-
rannus Platonis tertio videndi, ac eius philosophiæ desiderio flagraret, Ar-
chytam, ac cæteros Pythagoræos qui per ea tempora Syraculas recesserant, in-
duxit vt vades ipsi pro eo existentes Syraculas illum accerferent, qui Archy-
damum Syraculanum Archytæ imprimis familiarissimum, quemq; vnicè
Plato amabat, Athenas miserunt, sed & ipse Dionysius plures Siciliæ orato-
res viros apprimè nobiles, & triremes ad Platonem transmisit cum literis,
quibus mirabatur, nisi Syraculas remearet, nunquam se Dionem, vt promi-
serat, reuocaturum. Erat is Platoni carissimus, quem omni disciplinarum ge-
nere erudierat, cognati præterea, soror, atq; vxor, Dionem per literas com-
monebant, vt omnino Plato Syraculas veniret, si ipse patriam ac suos cerne-
re aliquando speraret. His omnibus Plato adductus Syraculas tertio venit,
vbi cum Dionysio familiarissimè versatus non destitit vsq; adeo tyrannidè
objicere Dionisq; reuocationem, quam intra annum sponponderat, repetere,
vt iratus tandem tyrannus ex arce eum remiserit: & extra arcem manere ius-
serit. cumq; cognouisset ad Theodotum suum inimicum profectum nun-
quam amplius in suas ædes vocauit, sed inter conductitios milites habitare
præcepit, qui cum illum, obsecuturos se in hoc Dionysio existimantes, in-
terimere vellent, Dionysius obstitit. Qua re cognita Plato Archytam, & cæ-
teros Pythagoræos qui Syraculas recesserant, quo in discrimine esset, per cer-
tum nuncium facit certiores: debere id animaduertere qui eius fuerint vades:
Conueniunt omnes, & Salmiscum qui ex ipsis vnus erat cum triremi ordinis
triginta remorum ad reposcendum Platonem ad Dionysium legatum mit-
tunt, atq; ita Plato à Dionysij ereptus scæuitia, quam & Philoxenus Dithy-
ramborum scriptor fuerat antea expertus, Athenas, commeatum Rege sibi
suppeditante, est reuersus. Addit Plutarchus in Dione quod antequam Pla-
tonem à se dimitteret, Dionysius per epulas, & familiarissima eum habuit
officia, & tale quid dixisse à multis commemoratum narrat. Complura de
nobis Plato & grauissima certè erimina tuis denunciabis æqualibus, & stu-
diorum socijs, cui sub ridens ille respondit, haud tanta disciplinarum fieri po-
test in Academia mendicitas, & inopia, vt tuis de rebus quidq; commemo-
rare

rare vacet. Extant adhuc duæ Platonis ad Archytam epistolæ quæ familiar-
tatem illorum apertissimè indicare videntur, in quarum altera quæ nona est,
consilium dat amico contemplari semper volenti, ne honestam simul, &
necessariam deserat actionem. Altera vero, quæ est duodecima simul, & vl-
tima nobis argumento est quam liberalis, & simplex fuerit Plato, vtpote
qui se arctiora quædam commentaria sua non dum absoluta Archytæ credi-
derit. Primæ autem epistolæ verba hæc sunt. Plato Archytæ Tarentino be-
ne agere. Venerunt ad nos Archypipi, Philonidifq; familiares ferentes epistolâ
quam eis dederas, ac de rebus suis quæ oportuit nunciantes. Publica quidè
ciuitatis negotia absq; difficultate peregerunt, neq; enim admodum laborio-
sa erant. Te vero narrauerunt permolestè ferre quod à publicis ciuitatis oc-
cupationibus liberari non valeres, quod igitur dulcissimum vitæ genus sit,
agere sua presertim, si quis talia elegerit, facièda omnibus fermè manifesta
est. Sed illud quoq; te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natum es-
se, sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare, partem parentes, partem
amicos, multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere, quibus vita
nostra occupata est. Vocante igitur te patria ipsa ad Remp. gubernandam
absurdum forsitan esset non parere, presertim cum simul accidat, vt aditus pra-
uis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius quod optimum est ratione profi-
ciscuntur ad publica. De his ergo iam satis. Eche cratis autem curam habe-
mus in præsentia, habebimusq; in posterum & sui gratia & patris eius Phry-
nionis, & propter ipsum adolescentem.

Alterius epistola hæc sunt verba.

Plato Archytæ Tarentino bene agere. Mirum est quanta cum voluptate cõ-
mentaria abs te missa accepimus, eorumq; auctoris ingenio delectati sumus.
Visus quidem nobis est vir ipse dignus maioribus illis iam olim suis. Ferunt
virorum decem millia fuisse, qui ex omni Troianorum, qui sub Laomedon
te successere, numero, vt fabula tradit, præstantissimi fuerunt. Commenta-
ria verò quæ tu per literas à me petis non dum absoluta sunt, qualiacumq; ta-
men sunt ad te missi. de custodia vero idem sentimus ambo, qua propter ni-
hil cohortatione opus esse videtur. Sed & ipsius Archytæ epistolam ad
Platonem subscripsi. Archytas Platoni bene agere. Facis tu quidem rectè,
quod nobis te conualuisse ex ægritudine significasti. de Damisco idem nun-
cians. de Commentarijs autem curauimus, venimusq; ad Lucanos, ibiq; con-
uenimus Occei nepotes. Quæ igitur de regno, legibus, iustitia, omniumq;
generatione, & ipsi habemus, & ex his quædam missimus: reliqua modo spe-
rari non possunt, cum inuenta fuerint, ad te deferentur. An autem vera sit epi-
stolæ inceptio quam præmisimus, bene agere, non fat scio, quoniam Archy-
tas cū Pythagoræus fuerit cum cæteris Pythagoræ scholaribus repudiatis in-
scriptio-

scriptionibus χαίρειν, id est gaudere, & ἐν πράττειν id est bene agere, quibus Cleo & Epicurus utebantur ὑγιαίνειν induxit hoc est bene valere, existimas huiusmodi compellationem & animi, & corporis esse maximè congruentem & simul omnia intra se mortalium bona complecti. Sed neque fortunæ tela profugit Archytas, nam & de illo, vt de Platone diximus, legitur, quod cū discēdi studio flagraret multas peragrauit oras, captusq; aliquando à Piratis, & venditus seruiuit alijs, fuitq; redemptus. Qui & vltimum vitæ diem habuit infelicissimum sicut Venulinus poëta suo deflet carmine.

Te Maris & terra, numeroq; carentis arena

Mensorem cohibent Archyta

Pulueris exigui propè litus parua Matinum

Munera — —

Sentit enim in illa profopopæia mare obrutum Appulo tantum virum cui nihil profuit fuisse philosophum, Geometram, & patriæ administratorem,

Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis

Illyricis notus obruit undis.

Verba sunt, vt fingit poëta, Archytæ qui omnes commonendos docet, precaturq; nautam vt cadauer curet sepeliendum.

At tu nauta Vagæ ne parce malignus arena

Ossibus & capiti inhumato

Particulam dare: sic quodcumq; minabitur Eurus

Fluctibus Hesperijs, Venusina

Plectantur sylvæ te sospite, multa q; merces

Vnde potest, tibi defluat aquo

Ab Ioue, Neptunoq; sacri custode Tarenti.

Hæc de Archyta, cuius vitam Aristoxenus & ipse Tarentinus scripsit, collecta sunt.

COMMEMORANTVR, ET ALII ILLUSTRÉS

viri qui inter Tarentinos recensentur. Cap. III.



ARCHYTAM Philosophum diximus Pythagoræum, non quia adolescens Pythagoram habuerit præceptorem, nam inter vtrūque multa concurrere sæcula. Floruit siquidem Pythagoras, vt ex Eusebij cronico colligitur circa finem Olympiadis sexagesimæ tertiæ, & moritur circa Olympiadem septuagesimam, quod tempus ab anno Urbis conditæ CCXXVIII. vsq; ad CCLV. extenditur: Archytas autem, quæ Platoni æqualem diximus, floruit anno Urbis conditæ CCCCII.

qui

qui respōdet Olympiadi centesimæ: quin & Lilius reprehendit illos qui sentiunt Numam Samij philosophi fuisse auditorem, & describit tempus doctrinæ pythagorææ his verbis: Auctorem doctrinæ eius, quia non extat alius, falsò Saniū Pythagoram edunt, quem Seruio Tullio regnante Romæ cētū amplius post annos in vltima Italiæ ora circa Metapontum Heracleāq;, & Crotona iuuenum æmulantium studia cærus habuisse constat. Quodcumq; igitur tempus verum duxeris, iam clarissimum tibi erit Archytā nō potuisse inter Pythagoræ iuuenes studia æmulantes esse, dum ille viueret. diētustamē est Pythagoræus quia is Pythagoræ hæresi erat addictus, sicut Peripatetici dicuntur non illi tantū qui Aristotelem viuū audiuerunt sed & omnes qui illius doctrinam sectantur. Hic igitur Pythagoras non Tarentinus, sed Samius, vt pleriq; sentiunt, fuit vel Thyrrhenus, vt Aristoxenus cum Aristarcho, & Theopompo tradit, vel Tyrius vt vnus Neanthes suspicatur, verum quia, & ipse in Italia Tyrānidem aliquando exercuit, vt in Mithridatico bello ostendit Appianus, & Tarenti, præter Crotonem sæpissime versabatur, vt alibi dictum est, quia & Tarenti mortuus est, propterea inter illos qui ex hac vrbe per celebres fuerunt reposui, de quo pauca hæc collegi. Scripsit Pythagoras περί τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης de rubro mari, herbis & oleribus vescebatur, fuit & paucissimi potus, frugalemq; sibi adeo rationem victus indixit, vt sæpius melle solo contentus fuerit. Apollodorus arithmeticus auctor est Pythagoram Dijs immolasse, ac sacrificasse Hecatombem, quod inuenisset in triangulo rectis angulis cōstante lineam quæ recto angulo subtenditur tantum valere, quantum alia eundem angulum continentes, hypotenusam vocant: vel quia duabus propositis figuris sui dissimilibus, & inæqualibus tertiam inuenisset, quæ alteri quidem æqualis, alteri verò similis esset. Notatur auctore Suida illud proverbiale de Pythagora αὐτός ἦρα, ipse enim vt orationi suæ, & vitæ auctoritatem conciliaret in congressibus aiebat, ipse dixit, ac si diceret nō meus sed Dei est sermo. De animarum trasmigratione ab ipso ineptè posita scripsimus in vita Ennij. Habuit vxorem quæ dicebatur Theano, ex illa suscepit filiam Damoā, & filium Telaugem, qui patri successit, ac iuxta quosdam Empedoclis, qui fuit prior Archytæ discipulo, præceptor. mortem eius ita describit Hermippus. bello inter Agrigentinos, & Syracusanos exorto exijt Pythagoras, cum socijs, vt Agrigentinis contra Syracusanos opem ferret. sed cum Agrigentinis ac socijs in fugam versus campum circuiuit fabatum, inde extractus à Syracusanis fuit interfectus, reliqui capti ad triginta cremati sunt Tarenti, quia primarijs ciuitatis contraiebant, & ab eis in Reip. administratione dissentiebant. Extat Græcum epigramma de Pythagoræ interitu iocosum quidem illud, sed ex hac historia ortum.

Αὐτὸς Πυθαγόρας τὸ τόσον κινάμους ἐσεβάσθη;
καὶ θάναθ' ἔλαθ' αὐτοῖς ἀμμιγα τοῖς ἰδίοις.

I

Χαρίον

καρπον ὡς τυάμων, ἵνα μὴ τὸν τοῦ δὲ πατήρη,
Ἐξ ἀκραγαγῆων κατθανένι τριόδφ. Idest.

Heu heu, Pythagoras quid vile legumen adorat?

Quem in proprijs fama est occubuisse fabis.

Nam ne fortè fabas fugiens calcaret in agro,

Tandem ab Agrigentino casus ab hoste perit.

Dinonis cuiusdam Tarentini qui fuit ductor exercitus virq; apprime fortis & rei bellicæ sanèq; peritus meminit Plutarchus in græcanicis problematibus, & ab hoc fluxille refert adagium, hæc potior, hæc victrix *ἄτη κρια* multa apud Adagiographos leges. Nicomachus vnus ex Tarentinis imperatoribus, qui vt Mathematicus clarissimus de Arithmetica, & musica scripsit, verum apud Suidam sex reperiuntur Nicomachi, & nullus dicitur Tarentinus, vox nominis sonat pugnae victorem, sicut Nearchi nouum principem, quo de egit Cato in oratione Archyte aduersus voluptatem. Aristoxeni musicj Tarentini volumina de Harmonia nostra etiam tempestate passim leguntur latinitate donata sub Antonio Gogauino interprete grauiense. Scripsit & sequentia vt passim videre est apud Athenæum. *τὸν Ἀρχυτέου βίον* hoc est Archyte vitam: *περὶ ἀλλήλων* de tibicinibus. *περὶ ἀλλῶν ἃ ὄργανον*, de tibijs & organis. *περὶ μουσικῆς* de Musica; *πολιτίας*, de Repub. *σύμμικτοι συμπότικοι* confusi conuiuiales. *συκρίσεις* Comparationes, *ὑπομνήματα* compendiosi & breues commentarij. Genus illud saltationis quod in manibus plurimum exerceret motum cæteris anteferebat, cum esset musicus. Hic dixit animam esse quãdam Armoniam, qua de re dixit in Tusculanis Cicero. Sed hic quidem quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat, bene enim illo pro uerbo græco præcipitur, quam quisq; norit artem in hac se exerceat. Neq; solum Aristotelem habuit præceptorem, sed & patrem primò, qui dicebatur Spintharus, deinde Lampū Erythraum, postea Zenophilum pythagoreum. Sed Aristoteli morienti quod Theophrastum in scholæ successione sibi & alijs præferret, conuicium dixit, cuius rei hæc fertur hiltoria. Cum ad extremum vitæ periculum agrotaret Aristoteles, ac iam desperata salus esset, coiungere ad eum discipuli, atq; rogarunt, quandoquidem ipse in discrimine esset vitæ, & humana forent fragilia atq; incerta, iam inde eum in doctrina præficeret, quem ipse maximè omnium probasset. Tum Aristoteles eum ante obitum id se facturum pollicitaretur, haud multò post vinum se cupere inquit, aut Lesbium, aut Rhodium iussit vtriusq; poculum sibi afferri, eumq; illa vicissim delibasset, Lesbium (inquit) hoc per quam suauè est & amœnum, Rhodium & hoc probandum, & bonum, quo quidem facto nemini dubium fuit quin Theophrastum & Menedemum suo iudicio anteferreret, quando Lesbius origine alter erat, Rhodius alter, hoc eius iudicium per sapiens (quoniam aliter discipulis interrogantibus supra hoc non respondit) causam pro euitanda

euitanda cæterorum discipulorum inuidia fuit. Dixit enim quodammodo, & non dixit. Nec tamen ea cautela vitare potuit, quin aliqui perinde quasi nõ rectè spreti ab eo atq; post habitū offenderentur, eorumq; vnus fuit Aristoxenus, quem Lucianus vocat parasitum Regis Nelei, quemadmodum Euripidem Archelai, & Anaxarchum, atq; Aristotilem Alexandri. Fuit Dicæarchi æqualis, & Mantinae degit, quæ in Peloponneso est, & in regione Arcadiae. In musicis, suos habuit sectatores, qui Aristoxenij dicti sunt, vt Pythagoræi. Heraclides Tarentinus scripsit librum, qui inscribitur *συμπόσιον*, idest conuiuium. Adduxit in quæstionem, sicut legitur apud Athenæum, an prima mēsa inferenda sint bellaria, vt mos est quibusdam in locis Asiae, & Græciae, an non, sed post cenam: nam cenatis si apponantur, copiosior cibus in ventrem, ac intestina cum iam subierit, quæ post eduntur nuces, quia bibendi cupiditatem, & delectationem irritant, ingestō cibo immixtae inflant, & alimentum iam sumptum corrumpunt, ob natuam earum ad concoctiones difficultatem, & contumaciam, super natante mō; pinguedinem, vnde fiunt cruditates, & ventris intempestiuę deiectiones, Scribit idem in conuiuiō, acetum foris adhibitum externas partes, intro sumptum, ventrem adstringere, tumores autem discutere, quòd humores in nobis varijs misceantur. Docuit ibidē non esse bibendum, ante quam mediocris cibus sumatur, & is præcipuè, qui familiaris sit, & consuetus. Dixit Bulbum, cochleam, oua, & similia, quæ glutinosum quidpiam habent, & viscidum, diutiusq; in ventrem morantur, & intermixta detinent humores, semeti gignere, quia prima illorum natura eandem cū genitura speciem & potestatem habet. De Melone dixit *ὀδύραον* vocari, quòd è terra suauis prodeat. Alij contendunt hoc dixisse de cucumere anguino. Sicyon Græci vocant, à verbo *κύειν* quod est, vel osculari, vel vtero gerere, quoniam eo cibo Venus accenditur. Dubitabat idem & percontabatur post esum ficuum, an aqua gelida bibenda sit, an calida: qui calidam malunt, illos (inquit) hoc suadere, quod animaduertant sordidas manus aqua calida totas confestim purgari, & hoc exemplo credibile putent in ventriculo ficus è vestigio dissolui, præsertim cum extra corpus nostrum aqua calida ficuum continentes partes distrahat, & in tenues portiunculas liquatas diuidat, frigida verò illas contrahat, & cogat. E diuerso qui frigidam bibendam sentiunt, sic ratiocinantur. frigidæ potione ob eius grauitatem, quæ insident ventriculo deorsum pro trudi. non admodum bellè ventriculum habere. post esum ficuum, quia æstuosus & imbecillus reddatur: quam obrem quidam extemplo merum bibunt. aquam porrò frigidam in ventriculum acceptas illas depellere. est autem, dicebat, post sumptas ficus largius, & affatim bibendum, ne in ventriculo subsistant, sed ad inferiorem intestinorum partem dilabantur. scripsit & multa alia vt testantur medici, depulsi, de simplicibus, de herbaria, de compositionibus pharmacorum, de

Catapotijs, de Icesio nigro: eius experimēta sæpe refert Galenus in decabiblo. scripsit & pharmaca compotioria speculationis, quo tempore non dum tantis delitijs incumbabant fœminæ. Disputauit, & experimento docuit femur, vbi repositum fuerit, manere iam, nec semper abrumpi neruum, vt alij contendunt, sed relaxari interdum, & iterum contrahi. Audiuit Manthiæ Herophileum medicum inuenit & Machinam qua expugnandis hostium in cœnibus utebantur Romani, sicuti auctor est Moscus libro quem scripsit de Machinis, & multa alia leges in Athenæo. miror Volaterranum huius non meminisse, neque ante illum Suidam. Non laudatur à Cornelio Celsò in curatione quartanæ, quod sentiret primis diebus ducendam aluum, deinde abstinendum vsq; in septimum diem. Heraclitus Tarentinus si omnia vera sunt quæ in deipnosophistis Athenæus scribit, inter fuit Alexandri nuptijs, qui intercantantes citharam pulsauit, & ipse cantans: sicut & inter præstigitores fuit Scymnus Tarentinus lepidissimus, cum quibus & Alexis etiam Tarentinus Rapsodus, ingenij dexteritatisq; suæ specimen exhibuit. vocarunt autem illum Rapsodum quia frequenti hominum conuentu alienos versus recitabat, accinendo, vel vt nonnullis placet, quia ex tempore carmina componeret, concinnaret, & tanquam fueret: quod vulgò Itolorum componere ali' improviso dicitur: Iccus Tarentinus medicus fuit celeberrimus, qui septuagesima floruit Olympiade, hoc est circa annum mundi septingentesimum post quater millesimum, & circa Urbem conditam ducentesimum & quinquagesimum tertium, quando Pythagoras (vt supra visum est) moritur. hunc Veneris tradunt expertem. Sed Pausanias Iccum dicit fuisse Athletam, de quo ad hæc quidem verba loquitur. Iccus Nicolaidæ filius Tarentinus Olympicam coronam, vt Paneratiastes de Quinquercio cœpit: ac deinde in sequentibus fuit Athletarum magister sui temporis præstantissimus. Tanta fuit viro huic gloriæ libido cara, vt toto vitæ tempore castus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamen, ex cuius exemplo forsan in arte dictum videri poterit ab Horatio,

*Qui studet optat am cursu contingere metam
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit et alsit,
Abstinuit Vanere & vino.*

Et idem Iccus locum dedit apud Græcos prouerbio *Ἰκκου δειπνος*. idest Icci cæna: vt commemorat Eusthatius, quo vitæ parsimonia notatur. Addam & quæ de eodem scribit Ælianus. Taurus gregis dux cum ab altero gregis duce fuerit superatus, se in quædam locum ab alijs segregat, & semetipsum non alieno impulsu, sed sua sponte exercet, atq; omni cōtentione cornibus, calcibus, vnguibus certat, cornua quidem in arbores infligit, pedibus puluerem spargit, cæterisq; exercitationibus se accomodat, Vaccis se continet, sicq; à Venere se

tere se abstinere, & libidini suæ moderatur, quemadmodum Iccus Palestrita Tarentinus, quem etiam Plato toto certaminum tempore omnis coitus expertem, permāsisse affirmat. At enim Iccum ratione præditum, atq; Olympicorum cupidum simul & gloriæ sensu affectum nihil admodum mirum videri debet emendatè, & summa corporis castimonia vixisse, nam ei præmia proposita videbantur illustria; Pinus Ithmica, laurus Pythica, oleaster Olympicus: tum verò sperabat se, quo adiuueret, circumspiciendum esse, & cum è vita excefferit, magnam laudem ex ea re adepturum. Verba autem Platonis hæc videri possunt in legibus. Nam igitur de Tarentino Icco non audiimus, qui propter Olympica aliaq; certamina artificioso circa hæc studio temperantiam simul & fortitudinem animi consecutus nullam vnquam in toto exercitationis suæ tempore Venerem agnouit. Addit Volaterranus in Anthropologia in hoc apostolicum illud deprehendi posse, qui in stadio currunt, omnes ab omnibus abstinent, & hi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem vt incorruptam. Zeusis cuiusdam Tarentini medici meminit Galenus in libris Epidemiorum & ipse pictorem Zeusim Heracleotem Tarentinum contenderem, cum dicat Aristoteles Tarentum quondam Heracleæ nomen habuisse. historiam supra attigimus. Apollodorum etiam non modò Citieum, sed & Tarentinum citat Plinius, & eum de venenorum remedijs scripsisse tradit. In Acticis apud Pausaniam, neq; non apud Stephanum Nigrum legitur maximè celebre fuisse nomen Nicoclis Tarentini supra omnes ferè Cytharædos, cuius monumentum erat iuxta aram Zephyro erectam, Cererisq; ac Proserpinæ templa, quibus cum Minerva & Neptuno honores habebantur. Eumenus Cytharædus Tarentinus, de quo nonnulli celebris inter neotericos nominis grammatici exponunt verba Horatij in arte.

*Sic prisca, motumq; et luxuriam addidit arti.
Tibicen, traxitq; vagus per pulpita vestem.*

Afferentes Luciani verba in libro, *πρὸ ἀπαι δευτῶν πολλὰ βιβλία ἀνοσμέραν*. Sed Verius *εὐάγγελος* appellatur. sic enim apud Græcum auctorem incipit historia. *Ταραντινος εὐάγγελος τῶνομα ἦ οὕτε ἀφανῶν ἐν τῷ Ταράντι*. &c. Huius autem cytharædi vanitas ea erat, qualis ab auctore ad Herennium in quarto rhetoricorum libro describitur. Ante oculos (inquit) ponendi negotij causa sumetur similitudo per collationem sic. Vti Cytharædus cum prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamide purpurea, coloribus varijs in texta & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata cytharam tenens exornatissimam auro eboreq; distinctam: ipse præterea forma, & specie sic & statua apposita ad dignitatem, si cum magnam populo commouerit expectationē his rebus repente silentio facto vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu, quò melius ornatus, & magis fuerat expectatus, eò magis de-

gis derisus, & contemptus eijcitur, ita si quis in excelsio loco, & in magnis ac locupletibus copijs collocatus fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, si virtutis, & artium quæ virtutis magistræ sunt egebit, quò magis cæteris rebus erit copiosus, & illustris, & expectatus, eò vehementius derisus & contemptus, & omni conuentu bonorum eijcietur. An autem hic Euangelus fuerit ille comicus poëta, cuius meminit Athenæus, qui fabulam scripsit *ἐναλλυμένον*, quiq; scripsit de re militari, vt refert Plutarchus in Philopæmone haud scio, cum idem ante me ignorauerit Volaterranus. Rhinthon Tarentinus Phylax ab eodem Pausania citatur, qui tragica ad ridiculum transtulit, cuiusq; *δράματα* octo, & triginta, cum Comica, tum Tragica, sed quæ non extant, feruntur. Athenæus in Amphitrione, & Hercule Rhinthonem nominat. Donatus Rhinthonicas comedias ab actore cenfet appellatas, verum Rhinthon nõ vt actor sed vt poëta cõmendatur, & actor comedix genus mutare, vel constituere non potest. De hoc pauca quæ sequuntur reperies apud Ciceronem scribentem ad Atticum. Illud tamen velim existimes me hanc viam optimatum post Catuli mortem nec præsidio illo, nec comitatu tenere, nam vt ait Rhinthon *ὄμιλον οὐδ' ἐν εἰσῆ, οἰσδ' ἐδ' ἐν μέλει*. Alij quidem prope nihil sunt, alijs autem nihil cure est. Hic fuit vocatus Temulentus, seu nugator, quasi qui blandè res tragicas ridiculis accomodaret & laderet non in ridiculosis, sed contrà garriret. Suidas tradit filium fuisse figuli sub primo Ptolemæo, & illum appellat auctorem Hilarotragædiæ, quæ est Phylacographia: quæ nomina facta sunt ab hilaritate tragædiæ, & excubiærum descriptione. Sed & Deipnosophistæ in nouo libro meminere Sciræ cuiusdam Tarentini qui Italicæ comædiæ auctor fuit. Est & apud Suetonium in clarissimorum grammaticorum catalogo Crasitius quidam grammaticus Tarentinus, eius verba hæc sunt. Lucius Crasitius genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasidis mox Pausam se transnominauit. Hic initio circa scenam versatus est, dum Mimographos adiuuat, deinde in Pergula docuit donec commentario Smyrnæ edito, adeò in claruit, vt hæc de eo scriberentur.

Uni Crasitio se credere Smyrna probauit,

Desinit indocti coniugio hanc petere.

Soli Crasitio se dixit nubere velle,

Intima cui soli nota sua extiterint.

Sed cum doceret Romæ iam multos ac nobiles, in his Iulium Antonium Triumviri filium, vt Verrius quoq; Flacco compareretur, dimissa repente schola transijt ad Q. sextimij philosophi sectam. multi Surrentinum tradunt, vt diximus in oratione quam de laudibus Lælij Archiepiscopi habuimus. Hegesippus Tarentinus multa scripsit. *ἀδελφοὺς* idest fratres, *ἐξαρτυτῆα* hoc est de con-

de condimentis, vel condiendis obsonijs. *πλακουνταποῖκα συγγραμματα* de placentis conficiendis. passim de hoc agit Athenæus, multa apud Hegesippum in fratribus, & de arte culinaria dicta sunt. & Hegesippus Tarentinus id confici prodidit ex elixa carne, de raso pane, Phrygio caseo, anetho, & pingui iusculo &c. Quibus in verbis Gandaulon condimenti genus intelligit. At cum placentarum nomina multi tradiderint, tecum hæc communicabo non ignarus Callimachum in indice omnigenorum scriptorum recensuisse Agamij, Hegesippi, Metrobij, atq; etiam Phæti libros de placentis conficiendis. scripsit & *φιλεταίρους* hoc est amicos & necessarios, quo de libro hos refert versus.

Epicurus sapiens flagit ante quodam

Sibi vt diceret, quod nam illud sit bonum

Quod inuestigant assidue? voluptatem esse respondit.

Euge vir optime, ac sapientissime,

Manducatione præstantius nullum fuerit

Tum bonum, inquit, voluptas si bonum est.

Apud Pausaniam libro Eliacorum priore siue dixeris quinto, celebratur Hippotion quidam Tarentinus statuarius, qui Herculis sagittis in Altis (nomen Urbis est) muro dicauit signum in Nemea leonem conficientis. eius verba hæc sunt Amaseo interprete. in eodem verò Altis muro Agrægentinorum inclusa sunt dona & Herculis signa duo nuda, ætate puerili, vnus item ad eius similitudinem expressus, qui sagittis in Nemea Leonem confecit. hunc cum Leone dicauit Hippotion Tarentinus. Nicomedi alterum opus est. Ab eodem Pausania in libro Eliacorum posteriore ponitur quidam Anochus Adamatæ filius Tarentinus, qui de stadio & repetito curriculo victor statuam promeruit, opus Ageladæ Argiui. Omnes ferè medici in hoc conueniunt insanix genera tot esse, vt penè illa nullus exactè adhuc connumerauerit, sed Leonicus in varia historia raras admodum nonnullas nouasq; insanias ab Aristotile in libro de rebus auditu mirabilibus, & Plutarcho sumptas affert: ex illis vnã collegimus, vt quæ institutum nostrum non omnino de decorat. Tarenti (inquit) idem auctor refert, cauponem fuisse quendam, qui noctibus quidem fureret, interdum verò si quis alius proprio exercitio diligenter operam nauaret. cæterum noctu etiam dum insaniret sua illum solerter omnia custodisse ait, siquidem Tabernæ clauem quam sub zona ferre solitus esset nunquam amisisse, quinimo multis plerumq; (vt fit) illam clauem subducere tentatibus semper custodisse diligenterq; conseruasse affirmat. Præfecto clasfis Philoxeno (Plutarchi verba sunt in Alexandro) apud se Tarentinum Theodorum eximia facie pueros venales habentem diuertisse scribente, & numeremere vellet percuntante persæpe vociferas, & quales rogauit quid nam olim tam obscœnum dese Philoxenus animaduertisset, vt hæc illi probra compararet

aret. scribens etiam ad Philoxenum post multa in illum maledicta & conuitia ipsum cum suis mercibus Theodorum Mangonem malam in rem mittere iussit. Polybius sicut testatur Athenæus in aientatoribus meminit alterius Heraclidis Tarentini quem ipse Athenæus Proclidem appellat, eius verba hæc sunt, quamuis historia alium sibi locum adscisceret. Erat Heraclides cui Philippus Argiuorum Rex mandauerat, vt Rhodiorum naues infestaret, & perderet, natione quidem Tarentinus ex manuarijs opificibus ortum trahens. verum singulariter ad vecordiam, & astutiam instructus. primum enim in ætate tenera corpore suo palam fuerat abusus, deinde cum ingenio sagaci esset, auctuarius factus est, & erga humiles seuerus, & audax, erga præstantes verò adulantissimus. Hic initio quidem patria pulsus, quod videretur ciuitatem Tarentinorum clanculum prodero Romanis, cum politicam potentiam non haberet. sed Architecto existens & propter quasdam numerorum structuras clauis portæ, ad mediterraneam partem ducentis in potestate sua habetet, cum autem ad Romanos profugisset, ac rursus illinc Tarentum ad Anibalem scripisset, ac misisset presentiens fugit ad Philippum, apud quem tantum fidei & potentie consecutus est, vt ad tanti regni subuersionem prope maximus Auctor factus sit. Terra inquit Varro in Asiam diuisa est, & Europam: Asia enim iacet ad Meridiem, & Austrum: Europa ad Septentriones, & Aquilonem, Asia dicta est à Nympha à qua & Iapeto trahitur Prometheus. Europa ab Europa Agenoris filia quam ex Phœnice Mallius scribit Taurum portasse. quorum egregiam imaginem ex ære Pythagoras Tarenti fecit: sed aduerte non Pythagoram innumeris excelsum fuisse statuarium, sed Rheginum alium eiusdem nominis, qui Græcis quidem literis apprimè eruditus fuit statuarius, & effictor clarissimus, discipulus Clearchi Rhegini, in Plastica arte celebris, vt si quis alius, de quo multa leges præter Plinium, apud Pausaniam præcipuè in sexto libro qui est Eliacorum posterior. Exant apud Græcos duo adagia, quorum primum est *μῦς ἀπὲρ πλάσσης γρηθήμιος*. Mus nunc picem gustans: alterum est *ὄσα μὺς ἐν πλάσσει*. quanta mus apud pisam, vtriq; videtur dedisse causam pugil quidam Tarentinus cuius meminit Suidas, qui sentit prouerbium in eos dictum qui multum vicerunt labore. Pugil enim Tarentinus iste Pisæ certans multos habuit aduersarios, multisq; acceptis plagis vix tandem vicit centesima Olympiade: eius nomē fuit Mus. Sed & Diodorus Siculus Smicrinæ cuiusdam Tarentini meminit qui fuit victor in stadio inita Olympiade sexta supra centesimam, quo anno Athenienses principem Aristodemum, Romani Caium Sulpitium & M. Valerium Coss. habuerunt. An autem ille fuerit Smicrines qui Archippam amauerat, quæ à poeta Tragico postea requisita fuit, viderint alij. Diogenes Laertius in Pythagora Lyfidem Tarentinum Pythagoricumq; philosophum comendat, is, cum Thebas profugisset Epaminondæ summi illius imperatoris præceptor fuit,

fuit: suisq; illum monitis accendit, vt summam gloriam rerum adipisceretur. qua de re sic legere est, apud Amilium Probum. Philosophia præceptorem habuit Lyfidem Tarentinum Pythagorem, cui quidem sic fuit deditus, vt adolescens tristem & seuerum senem omnibus equalibus suis familiaritate anteposuerit, neq; prius eum à se dimiserit quam doctrinis tanto antecessit condiscipulos, vt facile intelligi posset pari modo superaturum omnem in ceteris artibus, multa de eodem legitur, apud Pausaniam in Bæoticis scripsit Lydis de institutione, de ciuitate, & de natura, extant & nonnullæ epistolæ, & ea imprimis ad Hipparchum, vbi in hunc modum loquitur de Pythagora. Auctor plurimi publicè se id quod Pythagoras semper inhibuerat philosophari, quicquid Damon filia commentaria sua commendaret, iussit ne cui extra domum ea traderet, ea verò cum ingenti pecunia posset illa detrahere omnino noluit, inopiam quippe patrisq; monita auro præciosiora cenfuit, idq; cum esset mulier. Ad Epaminondam Lyfidis discipulum spectat, quæ scribit Plutarchus in opusculo de Socratis genere. Quid inquit aiebat Theanor? Epaminondas suam sententiam non profert eadem institutus disciplina: tum pater renidens tale inquit est eius ingenium taciturnum & caute ad loquendum sedans, audiendo & discendo inexaurabile. itaq; etiam Spintharus Tarentinus cum eò hic non exiguum tempus versatus frequenter dicebat in neminem se hominem suæ ætatis ineidisse, qui & plura nosset & pauciora loqueretur. Cleanthes Tarentinus Clearcho teste inter conuiuandum eloquebatur omnia versibus, vt & Pamphilus Siculus qualia hæc sunt

Da quod bibam:

Perdiciis crus:

Matulam aliquis mi porrigat.

Placentam aliquis mihi dato.

Ita scribit Athenæus, apud quem inuenies Stratonem quoq; Tarentinum, qui inconuiujs dithyrambicos versus imitabatur auctore Aristoxeno. Philolai & Euryti Tarentinorum meminit Laertius in Pythagora, qui & ipsi fuerunt Pythagoræi, præceptores Zenophili Chalcidentis ex Thuria, Plantonis eche-cratis, Dioclis, Polymnasti Philiastorum. De Ennio multa scribit præter explicationes in illum elegantissimas Hieronymus Columna, ad quem misi commentarios per breues in vitam huius poetæ à Petro Crinito scriptam in libro de poetis latinis, sciri autem nunquam verè potuit, fuerit ne Tarentinus, an Rhodiensis, quoniam eum Rhudiæ genere vetustæ, & Cicero in oratione pro Archia Rhodium appellat hominem, & Suidas poetam Romanum, & Messapium, quem Aelianus laude dignum esse tradit. nam dum Scipionem canit, & virum illum magnificè extollere studet, solum Homerum ait pro dignitate laudare posse Scipionem. Rursus Eutropius qui in fine secundi

libri tradit primo punico bello Ennium natum, Tarentinum censet, sicut & Eusebius. sed hoc quoniam alibi discussimus, prætermittamus. Illud certissimum & ab omnibus receptum, quod à Catone Romam translatus in Monte Aventino habitavit parco admodum sumptu contentus, vniuscj; ancillulæ ministerio, cumq; Romæ suum tandem obiisset diem in Scipionis monumento via appia sepultus, inde paulo post eius ossa Rhodias patriam asportata. Sed & Paucium in scribendis historijs apprimè nobilem Brundisinis mollem tollere: sunt tamen qui eum Tarentinum tradant, & quatuor Ennij ex sorore, vel ex filia nepotem, ac Tarenti egisse, & illi sen ab Actio scripta sua recitata, ibiq; tandem nonagenarium diem obiisse, non ignorare debent, quibus non ingratum est Eusebij chronicon, quibusq; non displicet multiplex Agellij lectio. Aulum Licium poetã, qui & Archias dictus est, à Tarentinis non modo multis præmijs, sed & ciuitate donatum tradit Cicero in oratione quam pro illo habuit. Erat inquit Italia, tunc plena Græcarum artium, ac disciplinarum, studiaq; hæc & in latio vehementius, tum colebantur quam nunc ipsæ in oppidis, & hic Romæ propter tranquillitatem Reip. non negligebantur, itaq; hunc & Tarentini, & Rhegini & Neapolitani ciuitate cæterisq; præmijs donarunt, & omnes qui aliquid de ingenijs poterant indicare, cognitionem atq; hospitio dignum existimarent. hæc ille. Callistratus iure consultus in libris digesterum sub titulo de re iudicata in lege diuus Adrianus, meminit cuiusdam Iulij Tarentini. hunc multi crediderant iure consultum, sed ubi legitur, fuit reus testium perfidia condemnatus. Inter Neotericos non mediocris laus data est Laureto philosopho Tarentino apud Marinum Frecciam, sicut apud Hesychium inter veteres in verbo γαλοῖ Phanodemo quem adiungit Rhinthoni poetæ. Quod autem nonnulli Pogium secuti, Trebellium, vt ipsi dicunt, & Sulpitium, Sybillam tradant delphicam Tarenti ortam ante aduentum Phalanthi, & Romuli, qui eam consuluit Romanis suis leges daturus tempore floruisse, id ego nusquam legi, atq; miror Onufrium, cuius negotium fuit de rebus Romanis & de Sybillis copiosè scribere, hoc non animaduertisse, vt omittam Suidam & Lactantium qui de Sybillis etiam per quam multa scripsere. Verisimilius esset credere librariorum in curia, vt accidit, lectum aliquando esse pro Tyburtina Sybilla Tarentinam, vocum affinitate, quamuis non sim oblitus apud Liuium obseruari Sybillæ, quam tamen ipse non nominat, aduentum in Italiam, sed ea fortasse fuit Erythraea quam Romulo Rege vixisse tradit diuus Augustinus. Extant adhuc in Græcorum florilegio multa Tarentini Leonidæ Epigrammata, quorum aliqua hæc sunt, & plura ad latinam formam versa.

Λεονίδου Ταραντίνου.
Γάλας εὐπύργον αἶγός ποίς ἐν ποτ' ἀλωή.
Ὅν ἦς τοὺς ἀπάλους πάντας ἴδμε κλάδου,
τῷ δ' ἔπος ἐν γαίης τίσειν ἄπνε, τῆρε κἀμίσθ,

Γαλοῖ

Γραθοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον.
Ἔϊζα γὰρ ἔμπεδος δύσα, πάλι γλυκὺ νέκταρ ἀνύσει,
Ὅσοι ἐπὶ ἀέσαισσι τρέγε θυομένω.

Insilens hircus inter vineta racemos
Exedit teneri palmitis ore nouos.
Visceribus terra vox execrabilis exit,
Hoc buccis German pessime perde tuis.
Radix dum salua est, non deerit fundere nectar,
Et Baccho fiet victima sacra Deo.

Λεονίδου Ταραντίνου.
Ὀκιάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσω ἄλαμε τρησασα
Ἐν χθονί, τῆ πεύκασι εἰς ἐμὲ κειραμένη.
Τὴ πέλαγος δέισωσεν ἐπ' ἠόνας, ἀλλὰ θαλάσσης
τῶ ἐμὲ γενναμένω ἔυρον ἀπὸς στέρεω.

Ignis me exussit: pelagusq; remensa profundum
Ad terram veniens ardeo tota pice.
Quam toties pelagus seruauit, perdere terra
Ausæ est, & genitrix impia, mitis aqua.

Λεονίδου Ταραντίνου.
Ἄστρα μὲν ἡμᾶρσσε, χ' ἱέρα κύκλω σελήνης,
Ἄξονα δὴσας ἔμπυρος ἥλιος.
Τ' ἠμνοπόλου δ' ἀγγελιδὸν ἀπημάδωσεν ὀμιρος,
Λαμπρότατον μουσῶν φέγγος ἀναχέμενος.

Astra, quis ignorat? Luna cyclosq; rotasq;
Obtenebrat Phabus dum meat ille polo.
Sic quot quot fuerint vates; veteresq; nouosq;
Perdis Homere canens carmina gesta ducum.

Λεονίδου Ταραντίνου.
Θῆριν τὸν πειγέροντα, τὸν εὐὰ γρῶν ἀπὸ κήρων
Ζῶντα, τὸν αἰθρῆς πλείονα κωξάμενον.
Γχθύσι λήιστηρα, σαχυνῶα, χηραμοδύτην,
Ὅυχ' πολυσκάλιμου πλώτηρα ναυτικῆς.
Ἐμπης οὐτ' ἀριτοῦρας ἀπώλεσεν, οὔτε κατειγίς,
Ἡλᾶσε τὰς πολλὰς τ' ἑτέων δεκάδας.
Ἀλλ' ἔθανεν καλύβη χαινίτιδι, λῦχνος ὀποῖα
τῷ μακρῷ σβεδαιεῖν χρόνῳ ἀμψύματος.
Σῆμα δὲ τῷ δ' οὐ παῖδες ἐφήρμωσαν, οὐδ' ὀμόλεπτος,
Ἀλλὰ σμεργατῆρις ἰχθυβαλῶν βίασος.

Therina Nestoreum, dederant cui retia victum,
Cui nant cessit incola Mergus aqua.
Antraq; qui coluit, pisces tulit orbe sagena,
Non multi remis nauit a nauigi.

K 2 Non

DE ANTIQVITATE, ET VARIIS

Non vis Arcturi rapuit, non Aegidis horror,
Annorum decadas soluit et ossa senis.

Ast animam efflant, qui mince a tecta teneret,
Vt lychnus longo tempore sponte perit.

Pignora non tumulum decorant, non coniugis ardor,
Sed Comitum Comitas hac pra busta parant.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Πολλὸν ἀπ' ἰταλίας κείμεθα, κτλ.

Πατρίς, τούτου δέμοι πικρότερον θανάτου.

Τοιούτους πλανίων ἄβιος βίος, ἀλλὰ με μῦσαι

Ἐσέρξαν, λυγρῶν δ' ἀντι μελιχρόν.

Ὀνομα δ' οὐκ ἠμυσε λεονίδου. αὐτὰ μὲν δ' ὄρα

Κηρύσσει μουσέων πάντας ἐπιπέλους.

Sat procul Italica terra, patriaq, Tarento

Et iaceo, & mortem viscerat iste dolor.

Erronum vitā hac non vitā est, ipse sororum

Musarum catu dūtor atq, choro.

Atq, Leonida hanc perijt, sed vniuet in animum,

Plures spero dies nomen habere meum.

Λεονίδου Ταραντίνου εἰς ἀφροδίτην.

Τὰν ἐκφυγούσαν ματρός ἐκ κόπρον ἐτι

Ἀφρότε μορμυρούσαν εὐλεχῆ κύσων,

Εἰδὼς ἀπειλὴς κἀλλος ἰσχυροτάτην,

Ὁ ὑγραπὸν, ἀλλ' ἐμ ψυχὴν ἐξέμαξατο.

Ἐὺ μὲν γὰρ ἀκραὶ χέρσιν ἐκθλίβει κόμην,

Ἐὺ δ' ὀμμάτων θάλλωσ ἐκλαμπετοσ,

Καὶ μάλοσ ἀκμῆσ ἀγγελοσ κυδανίη.

Αὐτὰ δ' ἰσχυροτάτησ σμῦναι κτλ.

Φάσουσιν, ὃ ζεῦ, λειπομέσα τῆ κρίσει.

Effugientem matris de sinibus adhuc

Spumaq, frementem pulchri tori Cypriam,

Doctus Apelles pulchritudinem desideratissimam,

Non pictam, sed viuam representauit.

Bene siquidem summis manibus exprimit Comam,

Bene oculorum tranquillum effulget desiderium.

Et mammilla florentis puella nuncia imitatur Cotoneū malū.

Ipsa autem Minerva, et Iouis Coniunx.

Loquuntur, ὀ Iupiter, inferiores sumus iudicio.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Πρὲς βίην Ἀλακρείοντα χυδ' ἀγασσάλα κτλ.

Θάσο δ' ἰσχυροτάτησ ἐρέπτον ὑπ' ἐρθε λίθου.

Ὡς γέρον

TARENTINOR. FORT. LIB. VII. 77

Ὡς γέρον λήροισιν ἐπ' ὀμμασιν ὑγρὰ δάδ' ἄρμασ,

Ἀχρὶ δ' ἀσραγαλῶν, ἐκκατασάμπεχοναν,

Διασάν δ' ἀρβυλίδων, τὰν μὲν μίαν οἰαμέθ' ἄπληξ,

Ὀλέσθην, ἐν δ' ἑτέρας ῥηκὸν ἀραρῆσ δα.

Μέλπει δ' ἡ βαθυλογεσίμαρον, ἡμῶσ γασ,

Αἰωρῶν παλάμη τὰν δυσέρωτα χέλιω,

Ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε φύλαστέ μιν, οὐ γὰρ εἰκέεν

Ἐξ βασιλῶν ἡμῶσ βασιλῶν θέρατα.

Senem Anacreonta fuscum turbatum vino

Aspice verfarili flexibilem super capide.

Ut senex quos ab oculis laesime inspicieus,

Uq, ad Talos trahit vestem.

Geminorum aut e calciametorum, vnu quidem sicist ebrius,

Perdidit, in alio autem rugosum pedem ad apt aut.

Cantat autem siue Bathyllum desiderabilem, siue Magisten,

At tollens naanu amor ependit am chelym.

Sed o pater Dionyse serua illum, non enim fas est

ABaccho Cadere Bacchiadum seruum.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Ὁ κηρὶσ θηρίμαχοσ τὰ λαγωβόλα παμ λυκαίω

Ταῦτα σπρόσ ἀρκα δίκωσ ἐκρέμαστέ σκότλησ,

Ἀλλὰ σὺ θηρίμαχῶ δ' ὄρων χαρὴν ἐχρῶσ δ' ἀσέσ,

Χεῖρα κατθλίωσ τὸ εἶσθην ἐν πολέμῳ.

Ἐἴτε σῶμα γέσασι πάρλοσ σὶ δέζι τῶσ σί

Πρῶτα δ' ἰδοὺσ ἀγρὺσ δ' ὄρα κἀτ' ἀπὶ πᾶσιν.

Cres Therimachus reuā Pani lycab

Hac in Arcadicis suspendit scopulis.

Sed tu Therimacho munerum gratia agreste nimen

Manum dirigas sagittariam in bello.

Inq, conuallibus ast a dexteris,

Primum cum dederit Venationis munera.

Apud Paulum Iouium lib. 44. historiarum sui temporis laudari videtur tan-
dem Ioannes Perellus patria Tarentinus, qui ex equitum Rabatinorum or-
dine fuit vnus inter eos trium viros qui etatem Mahometis pueri Tunetani
Regis rexere. hic Gynecæum inualit, quod ei tanquam professione Christi-
ano tum licebat, & in libidinem effusus Amidae concubinas ad vnam omnes
constuprauit. Amida postea Perello ita vsus est: omnibus tormentis excru-
ciat primò, abscisusq, vitilibus viuum in foro comburi iubet, nec Perello cō-
stantia defuit, qui oblato vitæ munere adduci non posset, vt à Christiana re-
ligione deficeret. Legitur in Nolana historia, quam edidit Ambrosius Leo, v
libro 2. Ioannes quidam Antonius Tarentinus Episcopus Nolanus his verbis.

Basilica

Basilica Episcoporum incepta est à Raimundo Vrsino, finita est ab Vrso, atq; Episcopo Nolano Ioanne Antonio Tarentino: Chorospitæ basilicæ fabrica tæ sunt ab hoc ipso Ioanne Antonio Episcopo, à quo Episcopale palatium instauratum magna ex parte fuit, atq; aptius distinctum. Ex neotericis commemorantur Antonius Agellinus, Alexander Monfrida, Nicolaus Arponus, quorum primus fuit Archiepiscopus Barenfis, alter Episcopus Monopolitanus, Tertius Ostunensis; vivit hodie Ioannes Baptista Santorius Episcopus Tricaricensis. Possẽm quam plures alios & in sacra Theologia, & in legibus, & in philosophia ac medicina, in mathematicis, in grammatica mansuetioribusq; studijs, possẽm tandem & alios in armis recensere, sed ab his sicut à familijs me abstinui, nè dum eos celebriores reddere calamo studerem, offenderentur magis. notienim quanta sit inter pares invidia, & nescio an suo quisq; loco esset contentus.

POLITIARVM GENERA, ET DE RITV

Tarentinorum. Cap. III.



DE antiqua Tarentinorum Repub. haud quaquã facillè erit dicere, nisi prius cognita fuerint diuersa, quæ apud multos leguntur, Politiarum genera, & tam ea quæ commendantur, quam ea quæ improbantur: omnia ex lectione Aristotelis, Polybij, Herodoti, Strabonis Plutarchi, Demosthenis Thucididis, Hesychij, Budæi, atq; aliorum colliguntur. In quavis igitur Repub. vel vnus erit, qui imperabit, vel non vnus. Quando vnus est, qui dominatur, *μοναρχία* Græcè dicitur huiusmodi dominiũ. quod si bonum fuerit seruato in illo debito ordine *βασιλεία* appellabitur, at si contra fuerit malum incertoq; ordine, *Τυραννίς* erit, cuius cura sola est custodia. Quando autem non est vnus princeps sed plures, hi vel erunt multi vel pauci. ex multis bonis constituitur *δημοκρατία*, cuius finis est libertas. ex multis malis exit *ὀλιγαρχία*, quæ est Democratia illegitima, plebeioq; recta impetu. Paucorum eadem est consideratio, quoniam si boni fuerint, *ἀριστοκρατία*, formabunt, cuius finis sunt leges ipsæ, iuxta quas conferuntur honores ac dignitates. at verò si fuerint mali, *ὀλιγαρχίαν*, facient, cuius finis sunt ipsæ diuitiæ, & earum habetur ratio in magistratum electu. In summo igitur honore post extinctos Reges, ac nobiles viros, quemadmodum apud Athenienses, aliasq; præclaras olim ciuitates: & vt nostris etiam temporibus in Italia ipsa, ita olim apud Tarentinos fuit Democratia, & Democrates dicebatur supremus ille magistratus, qui vice Regũ præerat omnibus. id ex Aristotele habetur in Repub. vbi de seditionibus loquitur. Contingit verò (inquit ille) quandoq; id per Fortunam, velut apud Tarentum, cum superati prælio ab Iapygensibus, nobilitatis

litis magnam partem amisissent. (fuit autem id prælium paulo post id tempus, quo Medi Græciam intulerunt) ad popularem statum ex Rep. facta est mutatio. Et hunc Tarentinorum statum commendat idem philosophus his verbis. Rectè se habet Tarentinorum exemplum imitari. illi enim cum opes efficiunt communes ad pauperum vsum, per hunc modum beneuolam sibi plebem constituunt. magistratus insuper omnibus duplites faciunt, vt sint alij per electionem, per sortem alij: quo enim populus percipiat, per sortem, quo autem melius gubernentur, per electionem. Est autem hoc facere in vno eodemq; magistratu, ita partietes, vt alij sint ex sorte, alij electione ad eum gerendum assumantur. Conijci ex hoc loco potest, laudabilem fuisse Tarentinorum Democratiam, in qua patrum erat, & consuetum, colere Deos, cum honore obsequi parentibus, seniores reuereri, legibus obedire, pauperes amplectari, omnium etiam ciuium in magistratu gerendo rationem haberi, quo in statu ita optimo filij armorum tantummodo parentum hæredes constituebantur, opes autem omnes famularum erant, atq; ita adolescentium ætas bonam parentibus spem promittebat, si nullum diuitiarum curam haberet, tota autem prona esset ad arma, quales dicebantur lacedæmonij, à quibus ipsi Tarentini sunt oriundi. Tempus, quod à philosopho dicitur de initio Tarentinæ Democratia, illud esse existimo, quod in Clio ponitur ab Herodoto, quando quinquennale bellum conflatum est inter lydos & Medos, quo in bello (vt ille dicit) aliquoties Medi victores exiterunt, & nocturnum quoddam gesserunt prælium: sexto anno signis collatis, cum æquo Marte certarent, stante acie contigit, vt repente dies nox efficeretur. Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc animum præsumens, quo immutatio facta est. Lydi ac Medi vbi diem noctescere viderunt, à pugnando destiterunt, ita Herodotus. regnabat tunc temporis apud Romanos Ancus Martius, & erat annus mundi quatermillesimus, non longè post Phalanthi ad hanc oram aduentum. Pauca alia ad ea quæ dicta sunt addere visum est, & spectant ad præsentem Reip. administrationem. in prompuario publicorum scriniorum & in Archiuo ipsius ciuitatis duplex & non obscura habendi Senatus recondita est institutio: vtraq; à Ferdinando Neapolitanorum Rege diuersis quidem temporibus munita 1465. & 1491. autographum ipsius Regis vtrobiq; legitur. REX Ferdinandus. At initio primæ institutionis leguntur hæc verba. D. Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs, in alterius fronte, D. Rex mandauit mihi Ioanni Pontano. Sed primæ institutionis hæc erat ratio. Ex triplici ciuium ordine, nempe ex nobilioribus, mercatoribus, & artificibus centum & octo eligebantur, quorum potestas regendæ Reip. nõ nisi biennium durabat. singulorum nomina in duodecim scribebantur schedulis, ita vt in singulis nouem essent terni. prædictorum ordinum schedulæ illæ cera cooperiebantur, atq; in vrnula inclusa singulæ à puero doli mali inscio

educe-

ēducebantur: quīq; in educta reperti essent, bimestre habebant dominiū atq; onus Reipub. His si aliquod incidisset graue quod decernendum esset, duodecim viros, quod duodecim virorum concilium dicebatur, consulebant, illorumq; sententiæ coherentes, quid omnium inter esset, statuerenimq; zelocurabant. At si maius quid insurgeret, exacti bimestris nouem accersebantur, si verò grauissimum omnes centum & octo in concionem coibant: nihil tamen vel à paucis illis vel ab omnibus his, inficio, ratum firmumq; habebatur, prætor Urbano, qui à Rege ipso ad ius suum cuiq; præstandum, annuo (vt hodie) magistratu destinabatur, illud obiter subiungam triplicem huiusmodi ciuium ordinem apud plures fuisse obseruatum. Diodorus Siculus libro antiquarum rerum primo, multorum vrbes dicit, Aegyptiorum more fuisse partitas in tres gradus, quorum primis erat nobilium, qui præ cæteris doctrinæ dediti maiore honore digni habebantur, & in ea re sacerdotibus Aegyptijs per similes. Secundus eorum quibus agri assignati erant, vtq; armis intenti patriam defenderent, illis pares qui in Aegypto agros tenentes milites ad bellum subministrabant, tertius plebis erat atq; opificum, qui artibus mercennariis intenti, necessarias operas præberent. Altera autem institutio, quæ ad hodiernum vsq; diem deuenit (& si multo tentatum, vt ea ob ciuium disidias litigiq; reformatetur) ita se habet, quolibet triennio Kalend. Augusti eliguntur septuaginta duo, qui futuri sunt senatores: huius verò numeri pars minor est nobilium, plebis maior, nec habetur, vt in prima, ratio aliqua mercatorum, vel ob illorum penuriam, vel quia qui pauci sunt, nihil aut parum distant ab ijs quos artifices diximus. Horum omnium eligendorum hic mos est, vt ab ijs qui iam in fine tertij anni, onus, quod regimen ciuitatis affert, sunt deposituri, triginta eligantur viri, decem nobiles, plebei viginti, at hi electi duos & quadraginta, rursus eligunt, à quibus & ipsi recte vel ne fuerint destinati probantur. hi ordinum ratione in tribus describuntur longiusculis schedulis, quæ A, B, C, cum signo ipsius vrbs obsignantur, & in vnam simul coniunguntur. mox puerulus septimum non excedens annū, schedulam extrahit, quīq; in illa reperiuntur, Remp. primo administrant anno, idemq; in reliquis obseruari consuevit. rursus viginti isti quatuor duorum & septuaginta pars tertia, seni in quatuor eodem ritu, rescribuntur schedulas, quæ cera ad eò oblitæ, vt pilulas dixeris, adhuc in vrnulam demittuntur, quīq; in prima à puero extracta fuerint reperti, trimestrem habent, consulendi Reip. facultatem, sexq; viratus appellatur. idemq; in singulis senarijs summa cura obseruatur ad finem vsq; triennij totius. Prædicto autem maiori numero tres extrinsecus adduntur, qui singulis viginti quatuor singuli & ipsi annum præ sunt, quem appellant Syndicum, propterea quod eius officium & munus sit patrocinari, omniūq; causam defendere. hi ex ordine sunt patricio & nobili, atq; ad hunc honorem in vrbe supremum admissi, tentatumq;

diu est

diu est, vt & ex his, qui medijs ordinis sunt, admitti possent, neq; obtentum, nisi in Notarijs quos dicunt, Regijsq; iudicibus ad contractus. de cæteris ad huc subiudicatis est inter primum ciuium ordinem & medium. In omni autem concione singulisq; comitijs, siue tunc Senatorum fiat electio, siue aliquid aliud decernatur, inter est, vt supra attigimus, prætor Urbani Regius, & quandoq; in controuersijs, quæ non raro obueniunt, aliquis alius vir grauior, qui prouinciam ipsam gubernaret. ij tam illis qui eligendorum aliorum potestatem habent, quam illis qui electi sunt, onus conscientie grauissimum, Regis & eius magistratum ac ministrorum obedientiam præ oculis præferunt cum publica & pauperum præcipue utilitate, quin iurare omnes cogit & singulos, vt quauis in re gerenda nullius animi motus rationem habeant. Magistratus autem per triennium duraturi sunt hi. Syndici tres de patriciorum ordine, vel (vt dictum est) Notarij ac iudices ad contractus: sed ad nobiles talis prærogatiua spectare visa est Ferdinando Aragonio olim Regi. Horum autem munus ac partes sunt, non noua ex se decernere, sed decernenda tantum modo proponere, quæq; fuerint deliberata perficere. an autem Syndici nomen latinum sit Budæus docet in Græcis cōmentarijs, nostrum est quæ ad historiam faciunt, scribere. A scribis de medio ordine tres eliguntur: partes illorum sunt proposita à Syndico & decreta vel à sex viris, vel ab omnibus viginti quatuor ad futuram rei memoriam scribere, & quæcunq; alia opus fuerint. Quæstores sex, tres nobiles, populares tres, illi æstate per totum semestrem à Kalend. Martij, vsq; ad pridie Kalend. Septembr. vicem seruant suam noctu custodiendæ vrbs, hi verò suam hyeme à Kalend. Septembr. vsq; ad pridie Kalend. Martij: vulgus appellat Camerlengos. olim dicebantur tres viri, sicuti legere est in Amphitryone Plauti, & in carcerem trudebant, quos per noctem vagantes comprehendissent. A Ediles quatuor & viginti, ita vt bini tres menses sint in officio, alter nobilis, popularis alter: præ sunt hi ponderibus & mensuris, obsoniorumq; curant genera omnia. Præfecti nundinis siue mercatibus, qui duo sunt Kalend. Maij & totidem XVII. Kal. Februarij. vt omittam tertium qui esset solet XVIII. Kalend. Septembr. Sex (inquam) quolibet triennio, de eo enim adhuc loquimur, eliguntur ex ijs qui nobiles sunt, & totidem ex popularibus. Perceptores publicorum censuum ac reddituum tres populares, quos vocant depositarios, quia apud ipsos publica deponatur pecunia, omitto ianitores, ac Syndici ministros, quos potterios vocant. omitto singularum artium præfectos, qui protomagistri appellantur. omitto tandem municipales iudices, qui omnes à Senatu eliguntur.

L DE



LITOLIUM (vt suo dicitur loco) atq; adeo magna Tarentino-
rum potentia, vt non solum Iapygia, Magna Græcia, Cala-
bria, Apulia, & totius Lucania principes essent, atq; ad Pa-
striam, Illyricum, Epirum, Achaia, Aphricam, Siciliam
vela dimitterent, sed & numos quoq; cuderent suos. *Quo-*
*br*iel *Barr*ius idipsum videtur significare, quando *Brettorum* quam multa
fuerint numi varijs signati imaginibus ostendit in libro, quem de Calabria
antiquitate edidit. Vidi ipse numum argentum, in cuius prima facie *Tarenti*
est, qui Delphino insidens in laua fuscina piscatorium instrumentum ha-
bet, inscriptio literis Græcis sub pisce. *TAPAΣ*. in altera vero iuuenis item
cernitur nudus & nudo in vectus equo, sinistra manu tenens lora, dextra ve-
ro supra caput equi extensa, ramum nisi fallor, oliuae in modum corollae: atq;
alia item Græcis literis inscriptio. *ΕΥ ΤΑΡΑΣ*. Vidi alium numum argentum
literis & duabus stellis à superiore tantum distinctum. siquidem in fronte
huius præter verbum *TAPAΣ*. leguntur literæ *ΑΥΤΟΝ*. At in tergo integræ non
omnes sunt literæ, vt quicquid sit colligi non possit: addam & tertiam in
quo eadem figura, sed literæ. *ΕΥ ΑΥΤΟΝ* græci characteris. Sunt præterea
sexcenti ferè alij, & argentei numi, in quorum utroq; latere legitur dictio hæc,
præter adolescentis, delphini, & equi picturas, grandioribus & adhuc græcis
literis *ΤΡΕΦΕΙ*. idest nutrit, ac si monstraretur, quæ terra mariq; huius situs
sit Copia. Conijci facile potest præter ea, quæ dicta sunt, per delphinum &
equum, incolarum virtutem, qua mari ac terra præditi tunc erant, deno-
tari. vt per fuscina, quæ eadem est cum tridente, vulgi studium nostris (vt
antea diximus) etiam temporibus maximum piscandi. Cuius rei magnus me-
minit Peripateticorum magister in politicis, quod idem ipsum de Bizantio,
seu (vt hodie dicitur) Constantinopolitano pelago scriptum eodem in loco
requirit. licet omnibus piscandi artibus semper Tarentini vsi sint, atq; ho-
die vtantur varijs retium generibus, Contis, Nasis, & hamis. quin & è ma-
ris ipsius Urbis veluti è specula quadam *θυνοσκατειον* est. Thunnos enim pisces
inde piscatores obseruant, quemadmodum Strabo fieri tradit in Herculis
portu. Hoc & in mari paruo & mediterraneo obseruari quibusdam mensi-
bus solet in mugiles, mullos, auratas, quæ optimæ adeo censentur, vt nus-
quam similes sint. minutos pisciculos, atq; in primis *σαφδας*. Sunt, qui tradant
(quoniam suus cuiq; sensus) Neptunum esse alterum, qui equo assidet, qua-
si eodem numo patrem & filium voluissent Tarentini celebres reddere, quo-
rum sententiæ, equis scit, an voluerit poëta Venusinus astipulari, cum in
primo carminum dixerit.

Neptu-

Neptunoq; sacri custode Tarenti.

Nam Acron ibidem non penitus hoc dicit, neq; tamen longè discrepat. vult
enim hoc ab Horatio relatum, vel quia Tarenti Neptunus deuotius quam
alibi coleretur, vel quia in Neptuni tutela fuerit: nisi dixeris, quia Phalanthus
Herculi & Neptuno templa constituit, vt fortiter per illius fauorem, huius
verò obsequio feliciter. atq; ideo Herculeum à Vergilio appellatum, alijs ita
opinantibus non omnino refragaret, quasi Herculi dicatum, vel cuius Heres
les numen esset tutelare. Et *επιδελφιας* à Tarentinis celebrabatur, vt notat
Hesychius. Sed de hoc alibi dictum est. putauerim ipse à contentionibus &
rixis compescendis. & eo magis ad hoc sentiendum moueor, quia apud Stra-
bonem reperitur, Herculis imaginem capta vrbe sublimem ex ære, quæ cu-
tor pompis, auro, purpura, signis, Tabulis, Tarentinisq; delicijs sublata est,
in Capitolio fixam, opus lysippi, quod à Fabio maximo, qui Urbem ce-
perat, oblatum est donum. Est & alius numus, in cuius altero latere vide-
tur Neptunus equestris cum literis, *ΧΙΝΤΙ*. in altero vero *TAPAΣ*. supra Del-
phium cum eiusdem literis, & in laua tridentem habens: at propè dexteram
signum videtur stellæ cum literis *ΑΥ*. atque cum imagine mulieris alatae
binas ambabus manibus corollas habentis. Deam nonnulli rentur esse victo-
riam, quod genus illud numi signasse credunt Tarentinos post partam de ho-
stibus victoriam. Hoc verò non prætermittendum duxi, quia viros graues
idem dicitare audiui, signatam videlicet à Tarentinis pecuniam fuisse post
ipsius Taræ obitum, quem iuxta fluij ripas patri Neptuno, & patruo Ioui
sacrificium offerentem nusquam viderunt. & si fabulosum ac commentitiu-
credi possit, & ab eo maxime, quod de Aeneâ fingitur interitu ad Numicium.
Hoc verò signum non in pecunia tantum, sed & in foribus Urbis ac Theatro
posuere. Templum eidem Taræ cum ara & statua erexere posteri, aeternam
illius memoriam. & statua erat virgo aureos diffusa crines, & equo in piscem
desinente superuecta, ad situm Urbis mari scilicet & terra itidem exprimen-
dum. Prædictorum numorum testimonio iam apparet, cur in signis, scutis,
vexillis, adolescentis sit & Delphini simulacrum, neq; non in fonte, qui hodie
in medio foro cernitur semimarmoreo lapide, albo, leui, & nimis in Hydrun-
tina regione claro, cum fistulis & salientibus magno artificio sculptus. Ioan-
nes Pierius Valerianus in suis Hieroglyphicis de utroq; meminit signo, & qui-
dem de Delphino sic. Quod verò signum in argenteo numo Delphino vehi-
tur, Taras is est, vt etiam indicat inscriptio, de quo Aristoteles meminit Ta-
rentinorum Repub. apud quos numisma numum dicit appellari, in quo Ta-
ras Herculis Delphino vectus: quamquam apud Asiaticos quoq; puerum
Delphino insidentem fuisse in numis tradit Strabo. Sed Phalanthum Lace-
dæmona memorat Pausanias, qui Tarentum (vt dictum est) Coloniam du-
xit, priusquam Italiam attingeret, naufragium in Crisæo mari fecisse, cui

Imagis

L 2 Delphi-

Delphinus opem tulerit, sublatumq; dorso in litus incoluntem exposuerit. Quin etiam in manu eius titulus ΤΑΡΑΣ, eques iaculator inspicitur ob eque-
stem scilicet militiam, quam egregie Tarentini sunt exercere soliti. unde
apud Græcos Tarentinos ordines inuenias ex equitibus huiusmodi constitu-
tos, & Ταραντικόν verbum, eo se militia genere exercere ad significet. Cælius
Rhodiginus in antiquis lectionibus ita tradit. Ferentarij equites ij dicuntur;
qui et inuis solent amicare, quorum alij iaculis utuntur, qui equites sagitta-
rij, & à nonnullis etiam scythæ vocantur. Tarentinorum duo faciunt genera;
alios namq; suo nomine Tarentinos vocant, qui è longinquo iaculari consue-
uerunt, alios leues, qui pugnare cominus iubeant. Equitum Tarentinorum
meminit etiam T. Lilius, ubi de solertia Philopæmenis Achar summi ducis
diligenter locutus addit. Et tum omnium primum agmen constituit: deinde
Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites binos secum tra-
hentes equos ad prima signa misit. & infra. luce orta Cretensium leuis arma-
tura, & Tarentinj equites super torrentem prælium commiserunt. & Lelenti-
nastus Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortus Megalopolitanus præ-
erat. Cretenses & hostium auxiliares, equitumq; id genus Tarentini prædico-
æ quatoribus erant. Cicero etiam Tarentinorum equitum ad Pomponium
Atticum his quidem verbis memoriam exhibuit. De Patrone & suis condi-
scipulis, quæ de Tarentinis in militia laborant, ea tibi grata esse gaudeo. licet
non probetur hæc lectio omnibus scriptoribus. Plutarchus item hoc
facit mentionem, & in Philopæmenis eiusdem vita, & in Agidis ac Cleome-
nis. nec nõ Polybius in excerptis libri undecimi, multis autem in locis Aeli-
anus Tarentinos celebrat milites, vt in lib. de instruendis aciebus. Quinob-
rem (inquit) illi de more Tarentinorum à longe iaculantur, circulatorum pe-
torquentes accessum & turbantes. Tarentinos iaculatores appello, sicut in
terminia operis dictum est à Tarento Calabria oppido, cuius equites passim
quodam iaculo uti consueverunt. & ibidem dicit Tarentinam turmam con-
stare duabus duplaribus equitum, videlicet ducentorum & quinquaginta
sex. Duæ autem Tarentinae magisterium constituunt, equitum quingente-
rum scilicet & duodecim. Addunt alij ex neotericis Tarentinos omnes fuisse
se comatos, sicut erant Spartani, Milesij, Thuri, & omnes ij, quibus E-
æconica studia, instrutaque placuerunt. Hæc de militibus Tarentinis obi-
ter sint dicta, reuertamur modo ad signa, unde digressi sumus. Tradunt
nonnulli, hîq; non admodum pauci signum Scorpionis, quo hodie Tarenti-
ni utuntur, primum fuisse à Pyrrho datum Epirotarum Rege, Tarentiniquè
exercitus duce aduersus Romanos, cuius rei historia suo ex Liiuo & alijs nar-
ratur loco. Iam diu autem hoc saxum (vt aiunt) volo, atq; nullum ex histo-
ricis multis, quos legi, quantum potui acutissimè id dicere animaduer-
si. Sunt verò alij qui rem hæc conferunt: libidinem & nequitiam Scorpionis
designari

designari picto, eiq; ex humani corporis partibus pudenda dedicari, & huic
signo Martem dominari adufteriorum infamia semper notatum. militesq;
omnes mulierosos esse, atque hinc ortam fabellam de concubitu Martis &
Veneris, quiq; supra finitorem prodeunte Scorpio oriuntur, eos à mathema-
ticis lasciuos fore præuideri. Ergo fuit Scorpius, atque est (vt conieciunt) Ta-
rentinae lasciuia symbolum, & nos iam de Urbis huius delicijs multa subiun-
gimus. Quid si aliquanto plus placebit, quod ad superiora adijcere cupit
animus de huiusmodi signo? Nam satis superq; constat, diu multos qua-
suisse, vtum doli fallaciæq; Pænorum, quæ tot bellis vniuerso terrarum or-
bi per tot annos innotere; an corporum color fuscus, an aliquid aliud si-
gnum dederit, vt Scorpius Africae terræ Symbolū haberetur? atq; in quibus
dam Hadriani munitis Scorpium non aliter Africam significare, quam Ca-
niculus Hispaniam, Equus Italianam ostentant. Et iam omnes scimus Annib-
alem Pænorum ducem Romanis per prodicionem Tarentum abstulisse,
vt alibi cura aliquanto maiore dicitur. Verumtamen itaque iuxta me est, vt
hoc signum à Pæno, & non ab Epirota nostris maioribus datum credatur.
Corona autem super imposita regiam denotat Urbis quandoque fuisse po-
tentiam, vt nunc Regi est gratisima. & olim multarum prouinciarum ca-
put & regina fuit. liliorum flores putandum est, impressos, quia prioribus
non multo antè sæculis Gallorum Regibus fidelissimè obtemperauit: pari
postea & maiore, & diuturniore fide Catholico Regi, Carolo Cæsari hu-
ius nominis quinto, & Philippo eius inuictissimo, semper glorioso, & Ca-
tholicæ fidei defensori vnico adhuc obtemperat, ac natis natorum, & qui
nascentur ab illis obtemperatura est, sperat, atque in domino confidit.
Omitto alia quæ de Scorpio vulgus suapte natura incertum, ac stolidum stu-
dia in diuersa, atq; contraria scissum blaterat. magnas enim nugas magno
huc afferre conatu non est in animo, sed quæ vel auctorum testimonio, vel
ob rem adeo vetustam coniectura non mea solius, sed & aliorum affirma-
re potero præclarissimorum. Quid quod pleriq; contendunt Scorpium Ta-
rentinis datum, quia adulari atq; blandiri sæpissime norunt? nemo enim est,
qui nesciat, Scorpionis ingenium id videri, vt chelis videlicet blandiatur, atq;
amplexetur quæ sibi fierent obuia; eius verò caudam semper esse in ictu,
nulloq; cessare momento, quin meditetur, ne quando desit occasioni, &
propterea doli (vt diximus) atq; fallaciæ signum ab Hieroglyphicis tradi-
tur. Estq; apud Sophoclem Captiuus prouerbium in hanc sententiam sub om-
ni lapide Scorpium insidiarij. Græcè sic. ἐν παντί γάρ τε σκορπίος φρουρεῖ λίθον & apud
Nicandrum in theriacis. σκορπίος ἀπρὸς ἰδὴς ἀλέγει ὑπὸ λαίλαχης. Scorpius insidias par-
ua sub caute tetendit. Quin morum acerbicatem per Scorpium notat Apu-
leius. Sed hæc omnia vt serpenti huic concedimus, ita ob eius ingenium,
maioribus datum nobisq; conuenire id verò pernegamus, sicuti fidissimè
testari

testari poterunt, qui cum Tarentinis degunt alienigenæ. Sunt qui Scorpium propterea esse Tarentinorum signum asserueruere, quod Urbis formam reddat figura corporis: pars enim propè atcem duas veluti chelas reddere videtur, quæ verò pontem attingit in inferiore Vrbe caudam indicat molliter inflexam, qua parte aquæ ductus nobilissimus à decimo vsq; lapide, vel ulterius in Urbem per cuniculos, fictiliumq; tubulorum ductiones multo labore, exquisitoq; artificio profluit mare vtrumq; segregans, quiq; olim omnes Urbis parccias irrigare ea in primis parte, qua non ascendit tractus, videbatur. tentatum sæpius nostra ætate vt duplex fieret accitis vndiquaq; architectis solertissimis, sed ad superiora duci haud quaquã posse sine magna, quam ciues non paterentur impensa, iudicatum est. reliquum Scorpij corpus reliquæ signant Urbis partes. Hac de numis & signis Tarentinorum dicta quantulacumq; ratione potui fidem habitura nec ne sint, haud scio.

Finis Tertij Libri.



DE

87
DE ANTIQVITATE, ET VARIA
TARENTINORVM

FORTVNA

LIBER QVARTVS.

IOANNE PVVENE EORVM CIVI

AVCTO R E



DE TARENTINI AGRIFERTILITATE.

Cap. I.



A GRI Tarentini fertilitatem, quam Romæ coram optimatibus plurimis illisq; purpuratis predicatæ, sæpius præceptor meus in Græcis literis Franciscus Caueotus Archidiaconus Solitanus, quem octuagesimo primo post millesimum & quingentesimum, anno subita mihi & sodalibus meis inuidaq; mors Romam ad filium proficiscentem de via eripuit apud Castellanetenses: præter ea quæ de Vinetis, oliuetis, alijsq; fructuum generibus primo in libro promissa sunt, hoc in loco cum piscatione etiam copiosissima scribere in animo est, more atq; instituto nostro veterum auctorum testimonio in medium adducto & à Polybij sententia initium sumere videbatur, nisi eius auctoritate in primo libro, & in sinu Tarentino, vsi fuisset: ibi eum consulat, qui volet: locum ex decimo libri Epitome sumptum animaduertet, vbi de huius regionis fertilitate ab eo agitur. Et fortasse hoc idem quod à Polybio scriptum est de Tarentino Emporio respexit Plautus dum in fabula, quæ Menæchmi inscribitur, hoc fingendo dixit.

Postquam iam pueri septuennæ sunt, pater
Oneravit nauem magnam multis mercibus.

Imponit

Imponit alterum geminum in nauim pater.

Tarentum auexit secum ad mercatum simul.

Illum reliquit alterum apud matrem domi.

Tarenti ludis forte erant, quum illuc venit.

Mortales multi ut ad ludos conuenerant.

Puer inter homines aberravit à patre.

Epidamnensis quidam ibi mercator fuit.

Is puerum tollit, auexitq; in Epidamnium.

Pater eius, postquam puerum perdidit,

Animum despondit, atq; is agritudine

Paucis diebus post Tarenti mortuus est.

Duas Septimio commendat Horatius regiones amænissimas Tiburtinam scilicet & Tarentinam, de hac vltima, quæ nostra est, sic habet.

Vnde (nempe ex Tiburtino agro) si parca prohibent iniqua

Dulce pellitis ouibus Galest

Flumen, & regnat petam, Laconi

Rur à Phalantho.

Ille terrarum mihi præter omnes

Angulus ridet, ubi non Himetto

Mella decedunt, viridiq; certat

Bacca Venafro.

Ver ubi longum, tepidasq; præbet

Iuppiter brumas: & amicus Aulon

Fertili Baccho minimum falernis

Inuidet uis.

Ille te mecum locus & Beata

Postulant arces: ibi tu calentem

Debita sparges lachryma fauillam

Vatis amici.

Idem Horatius ad Quinctium suum fundum amænitate & fertilitate cum Tarentino comparat, atq; adeò Tarentum ipsum in fundum suum translatum dicit.

— *Quid si rubicunda benignè*

Corna vepres & pruna ferent? si quercus & ilex

Multa fruge pecus, multa dominum inuuet umbra?

Dic

Dicas adductum propius frondere Tarentum.

Et ad Mecanatem.

— *mibi iam non regia Roma*

Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

Tarentino secessu, vsque adeo oblectabatur Vergilius, ut ibi carmen pastorale cecinerit iuxta Propertium.

Tucanis, umbrosi subter pineta Galest

Tyrsum & attritis Daphnin arundinibus.

Vtq; decem possint corrumpere mala puellas

Missas & impressis Hadus ab uberibus.

Felix qui viles pomis merearum amores

Huic licet ingratis Tityrus ipse canat.

Felix intantum Corydon qui tentat Alexim

Agricola domini carpere delicias.

Laudauit & Claudianus cum amænitate, tum fertilitatem huius loci dicēs:

Formosum Oebalij luxum præserere Tarenti.

Quin & ipse met poeta in Georgicis agrum extollit Tarentinum multis laudibus.

Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri

Aut fatus ouium, aut Vrentis culta capellas

Saltus & Saturi petito longinqua Tarenti.

Et ex Urbibus lulij Casaris Scaligeri hæc habentur in commendationem eorum quæ dicimus.

Mollia quæ tenuis demittunt pondera lana,

Tonsa Tarentinis iugera læta iugis.

Hæc eadem complent vegrandibus horrea culmis,

Et tua sub prælum munerà Bacchæ ferunt.

Nulla est in latio Romona beatior usquam,

Nulla est Hesperidum gratior auræ locis.

Se totum exhibuit læta ad conuiuia Nereus,

Seruit et innumeris proxima sylua feris.

Hic uer perpetuum est, tantum pro frugibus estas,

Nectareas superant sidera sæta dapes.

Quod si Cælum imis vellet mutare superna,

Haud alijs poterat plenius esse locis.

Celebrabantur ab antiquis Tarentinæ oues, sicut legimus apud Columellam: Gracum pecus, quod pleriq; Tarentinum vocant, nisi cum domini præsentia est,

M

tia est,

tia est, vix expedit haberi: siquidem & curam & cibum maiorem desiderat: nam cum sit vniuersum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius, tum ex omnibus Tarentinum est mollissimum, quod nullum domini aut magistrorum inertiam sustinet, multoq; minus auariciam, nec æstus, nec frigoris patiens. & alibi: Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent, vt tonitrua præparentur. & generis eximij Milesias, Calabras, Appulasq; nostri existimabant, earumq; optimas, Tarentinas, & M. Columella patrius meus acris vir ingenij, atq; illustris agricola quosdam arietes mercatus in agros transtulit, & mansuetos rectis ouibus admisit. Ea primum hirtos, sed pateni coloris agnos ediderunt, qui deinde & ipsi Tarentinis ouibus impositi, tenuioribus velleris arietes progenerunt. Et pleraq; similiter inquit M. Varro faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem vt sunt Tarentinæ & Altinates pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit, vel lauari, ac parari. Pascales autem oues, quas Festus refert, postuifse Catonem pro Pascales non Tarentinas intelligi, sed Terentinas cum secunda vocali in agro videlicet Terentino, vbi centesimo quoq; anno fiebant ludii sæculares, de quibus supra mentio facta est. Post oues commendabantur lanæ, quæ ex ipsis ouibus tondentur. Tarentum, inquit Plinius, Canusiumq; summam nobilitatem habent. & alibi: Hispania nigri velleris præcipuas habet, Polentia iuxta Alpes Cani, Asia rutili, quas Erythreas vocant, item Betica, Canusium fului, Tarentum & suæ fuliginis, quem locum corrigunt multi, puliginis. Est & Cornelii nepotis auctoritas, qui Augusti principatu diem obiit suum. me (inquit) iuvene violacea purpura vigeat, cuius libra denarijs centum vauibat: nec multo post Tarentina, huic succedit dibapha Tyria, quæ in libras denarij mille non poterat emi. Erant (inquit Seruius) iuxta Tarentum Baphia, in quibus tingitur lana in eo loco, quem à Tarento hodie vix octo millibus passuum distare, Saturumq; appellari diximus. hinc color saturus apud poëtam in Georgicis legitur.

*At mater sonitum Thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia veller a Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucat a colore.*

Hinc venenum Tarentinum dixit Horatius in Epistolis,

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Martialis sæpissimè lanarum huiusmodi, togarumq; purpurearum meminit, atq; ouium.

Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon

Det pretiosa tibi veller a, vina mihi.

Erat enim, quicquid alij dixerint, Aulon locus in agro Tarentino. rursus Martialis.

Te Lace-

Te Lacedæmonio velat toga let a Galeſo,

Vel quam seposito de grege Parma dedit.

Et in Cleon meretricem.

Puella senibus dulcior mihi cygnis

Agna Galeſi mollior Phalantini

Concha Lucrii delicatior stagni.

Et Rarus in cornucopia,

Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelles Tarentum,

Sasinalao, Memphis stamina, Sparta canes.

Sed & idem Martialis de partheniana toga.

Dicit toga facundi gratum mihi munus amici

Esse velis cuius fama decusq; gregis?

Appula Lædæ tibi floruit herba Phalanthe

Quæ saturat Calabris culta Galeſus aquis.

Laudat Macrobius in Saturnalibus Nuces Tarentinas, illasq; Faborini testimonio tradit sic dictas quasi Terentinas hoc est molles à Terenon, quod est Sabinorum lingua molle, qua voce & Terentios putat Varro dictos. Sed & Plinius asserit duo genera Tarentinarum nucum fragili putamine, ac duro, quæ (Amygdalas ipse credidit) Noces sunt amplissima, & minime rotundæ. præterea mollis putamen rumpentes. idem alibi, Nucum pignearum genus alterum posuit Tarentinum, digitis fragili putamine, auiumq; furto in arbore. Easdem Scaliger dicit appellari Perlicas: sed Tarentini vocant Ambrosias. Turnebus in Plinio agnoscit Macrobij lectionem Terentinas nucas, quia τέρπειν, vnde Terentium Sabinorum lingua molle significat. Nucem Græcam, inquit Columella, & Auellanam Tarentinam facere hoc modo poteris. in quo scrobe destinaueris nucas ferere, in eo terram minutam pro modo semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. cum ferula fuerit enata eam findito, & in medulla eius sine putamine Nucem græcam, aut auellanam abscondito, & ita obruito, hoc ante Kalend. Martias facito, vel etiam inter nonas & idus Mart. Pyra item Tarentina laudat Macrobius, illaq; appellat fera; vt pleraq; alia. Cornelius Celsus Pyra (inquit) quæ reponuntur Tarentina. Sed & Plinius, qui omnia complecti voluit, Tarentina tradit Pyra ferissimè legi, sic dicta à patria, vt Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca, Signina. Quid autem nostra ætate dici queat, insigne, ac præcipuum, de ouibus, lanis, nucibus, ac pyris non video. nam neq; horum est copia, vt olim apud veteres, neq; qualitas illa: non tamen omnino his destituimur. De oleis Tarentinis ad hæc quidem verba Theophrastus in de historia plantarum: circa Tarentum fructum vberem

oleæ semper præmonstrant, sed sub flore pars magna perditur. causamq; huius ostendit in secundo, vbi agit de causis plantarum, locorum (inquit) diuersitatem causis hisce tribuimus, vbi nihil aliud impedimento detrimentoq; acciderit, vt apud Tarentum oleæ accidere ferunt. silens enim spiritus sensu conspicuus est, quippe pleræq; aduruntur, & conflatus ex mari talis occurrerit, vt in vecta falsugine corrodantur flores ac pereant. Caligo quoq; sine villo flatu egredi quædam videtur, quæ vbi flores tetigerit, exurit. & Scalliger in Theophrasto de agro Tarentino, ita scribit. Plautinus versus lepidissimus, si non fecero peribo, si faxo vapulabo. sic in agro Tarentino, si non fiat, rubigo interficit, si fiat marina nebula crassa, fatida flores necat. Sed neq; oleum idcirco semper modicum est, & quatumcumq; semper laudabile, & præcipuè quod ad condituram asseruatur, Monopolitano, Ostunensi, Bituntinoq; præstantius. Vina, quia & Vuæ, ex quibus Passæ peroptime fiunt, non à veteribus modò scriptoribus celebrantur, sed & nullubi per totam Italiæ oram præstantiora videntur. quin & prædulci vua nouum apud veteres & Tarentinum genus vitium factum est. Verum (inquit Plinius) & longinquiora Italiæ ab Ausonio mari non carent gloria Tarentina, & Seruiana, & Consentina genita, & Templesæ, ac Babia, Lucanaq; antecedentibus Thurinis. Tarentinum vinum (inquit Athenæus) & quæ in illo tractu fiunt omnia, lenè, suaue, stomacho gratum, minime validum, aut infestum capiti. Ficos prædulces Tarenti nasci, quas vocant Omas, legitur apud Plinium, & hanc lectionem agnoscit Hermolaus, qui quasi *αμας*, hoc est crudas dici sentit, quoniam prædulces sunt statim cum nascuntur, nondum præcoctæ solibus, ita & palmarum genus in Cypro, cuius non maturescit fructus, sed crudus admodum suaui ac prædulcis est. At si onas legeris cum alijs Pliniani libri castigatioribus, vel hanc vocem flectes ab *αρέμααι*, quod significat emere, & sic eas intelliget Plinius, quas Tarentini vulgato nomine sanctæ crucis ficos appellant oblongas & nigri coloris. vel detorseris vocem *από του όνου*. & ita illa erunt ante folia, quæ asinina sunt rusticis. quid verò quod alij agnoscunt cenadas, quasi ex vini sapore sit appellatas? Castaneas in agro Tarentino modo non videmus, vt in campania, sed illas olim tradit Plinius laudatissimas fuisse, faciles, neq; operoso cibo, figuraq; planas. credit Stephanus Castaneas dictas à Castano Apuliæ oppido non procul à Tarento, quod Castanetum vel Castellanetum vocant. alij à Castano Magnesiæ. Myrtus folio minuto non sic hodie passim nascitur, vt olim. conspicitur frutex myrti huiusmodi propè Potamiscum flumen, vbi Principis pomarium fuisse non pauci conijciunt. At quam Cato Tarentinam appellat Cupressum, nulla est. credit Plinius ita à Catone dictam, quod Tarentum è Creta insula primum aduenerit, vbi Cupresseta fuisse tradit Cic. cum dicit primo de legibus. in Cupressetis Gnostiorum &c. Candelabrorum scapis nobile vocat Tarentum idem Plinius, sicut

Æginam

Æginam Candelabrorum superficie. sunt autem scapi columnarum partes, vt norunt Grammatici ex Vitruuij lectione, annotauitq; Budæus. Sal è stagnis Tarentinus oculis utilis est. & est salissimus, siccissimus, suauius, omnium atq; candidissimus. ad medicinæ vsus ab antiquis maxime laudatus. Erant olim duæ apud Tarentinos salinæ, quarum vestigia, & nomina adhuc restât, vna enim maior dicitur, minor altera: verum ex vtriusq; stagna enim sunt, imbrium descensu colligebatur salis albi copia, sicut etiam & ex conchis alueisq; qui sunt in insulis. propè Urbem iuxta portum paruula admodum salina est, quæ tam imbribus quam mare infuso ad vulgarem subnigrumq; sallem, & lapidosum conficiendum adiuuatur nec sine riuis aquæ dulcis, illac enim aquæ ductus tendit ad fontem, qui est in medio foro: reddit & hæc salina album salem suum & subtilissimū, quando artifices. volunt habita prius à Regijs ministris venia. Maioris salinæ meminisse videtur Ioannes Boccacius in particula de lacubus. Tarentinus (inquit) lacus est apud Tarentum Italiæ ciuitatem, qui æstiuo æstu siccatur in sallem. quod idem sentit Plinius his verbis, siccatur in lacu Tarentino æstiuis solibus, totumq; stagnum in sallem abit, modicum alioquin, genua non excedens. pauloq; post. Marinorū maxime laudatur Cyprius sal à Salamine. vt à stagnis Tarentinus ac Phygus, qui Tartæus vocatus, omnium suauius atq; candidissimus, & propterea fragilis. hodie inductis bobus franguntur stagna, ne inde sal colligatur Rege ita iubente. Abundat hodie solum Tarentinum omni frumentorum genere, non ea tamen copia, qua finitimæ ciuitates. ex quo conficitur panis & popularis & filiginetis. Vocabant olim Græci *δωριον άρτον*, idest doricū panem, Tarentinum videlicet à magnitudine buccellatorum, qui & hodie sunt in vsu, maxime apud vulgares ac plebeios. & Chrysippus Tyanaeus *εν τῷ άρτοκομιῳ*, idest in opificio panario inter placentarum genera ex celeberrimis Tarentinam reponit. quod ante me obseruauit Alexander ab Alexandro ex Athenæo. Crocus non est in fecundus. & auctore Varrone, sicut in Falerno vinum, in Cassinate oleum, sic in Tarentino mel cæteris præferebatur. De Porris Tarentinis ita scribit Martialis.

*Fila Tarentini grauitè redolentia Porri,
Edisti quoties oscula clausa dabam.*

Nascitur Manna in agro Tarentino iuxta oppida Paleianum & Paleianulum. an sit autem orientali inferior, vt illa quæ in Calabria prouenit, sicut in Philologia notat Volaterranus, nescio. Lapis, quem vocant Carpanum subrufum, & Tophum album, copiosissimus apud Tarentinos, apud quos fiunt & figlina vasa præcipua, quæ in aliarum maximarum urbium delicijs esse solent, sed nobis quotidiano vsui. Horti suburbanis non pauperes. essent & ditissimi, nisi tanta obesset ciuium negligentia. Nascuntur & herbæ artimedice

dica peritiles, de quibus singulis volumē promisit edere Donatus Antonius iuranna medicus, vt merito Græci Tarentum appellauerint: *παρισυτην πόλιν*, id est in qua facile est victum inuenire. At imprimis piscandi studio maxime vigent Tarentini, quin & ab ipsa Vrbe condita viguerunt. qua de re in sequenti capite, seruato quodam singulorū totius anni mensium ordine, tractādū est.

DE TARENTINORVM PISCATV

asiduo.

Cap. II.



EXCENTI quidem sunt, qui de piscibus & magna scribunt volumina, quorum aliquot elegantiores, vt Oppianum, Aristotelem, Theodorum, Theophrastum, Nicandrum, Ælianum, Dioscoriden, Plinium, Albertum, Rondoletium, Iouium, Hieronymum Cardanum, Hippolytum Saluianum, Tryphernatē Romæ medicinam sub Iulio tertio profitentem, si attentē legeris, nihil erit in piscibus, quod desiderabis, ipse hoc in loco non omnia piscium genera, nō varias illorū differentias, non multiformem naturā, non illorū cōdimenta, siue elixare, siue assare, siue frigere placuerit, sed illud modò attingā, quod ad Tarentinorum historiam facere existimaui: qui pisces ab illis in piscando maxime exercitatis singulis capiuntur mensibus, & magna copia, consulis accuratē admodum hac in re piscatoribus, qui ex nauigijs, quos lintres, cymbas, barcas appellant, & ex trabibus longioribus, siue (vt dicunt) parmaticis, lapideisq; molibus tam diu, quam noctu, piscantur. Ea est in aquis Tarentinis piscium copia, vt si Vrbs à conditore suum non fuisset sortita nomen Sidon potuisset appellari, sicut Tyrj à Phænicibus oriundi suam appellarunt urbem iuxta mare in Assyria conditam, nam Phænicum lingua Sidon piscis est, & Tarentini ipsi Ichthyophagi sunt. Captantur pisces tam in interno quam in externo mari, hamis, retibus, nasis, lineis, aruadinibus, fuscinis, alijsq; instrumentis, quæ propria videntur in tanta piscium frequenti varietate. Plures populi gradus recenset Philosophus, & primum dat agricolis, alterum ijs qui artes colunt: tertium appellat forensē, in emendo ac vendendo occupatum: sequitur mox ille, qui in mari versatur, atq; huius, hic quidē bello deditus, hic verò quæstui incumbens, constat ille exportitotibus, hunc conficiunt piscatores, & multis locis vnumquodq; genus prædictorum magnam continet turbam, ceu piscatores Tarenti; & Byzantij, remiges Athenis, & reliqua reliquis locis. consule illum si voles, nos ad mensium singulorum prædas transeamus.

Ianuarius, Februarius.

Ab die igitur Kalendarum Ianuarij per totum Februarium ingens est Camarum copia, omnium quidem generum, quæ multa numerat Ælianus, nam & aspe-

& asperas capiunt, & leues, quæq; digitorum compressu nullo negotio franguntur, & quæ saxo ægrè conteruntur, nigerrimas, argenteas, & vtroq; colore mixtas. *χάμα χήμη*. Vtricæ tot sunt, vt nusquam totidem videris, & illæ præcipuè, quæ exigui sunt corporis *ενίδη. αμαλύθη*. Digni, siue melius dixeris græco, & vulgato nomine, *δάκτυλοι*, qui & ab Adiatici sinus incolis Cappæ longè dicuntur, cum vnguibus odoratis, atq; imbricibus, omnes dura carne, nisi idem est testaceorum genus, eisdem mensibus videntur frequentes in foro piscario venundari. atq; idem est de vertebribus, siue verticillis, siue vertibulis, vt vocat Gaza apud Aristotelem, tam coloris pallidi, quam rubidi, quæ & ipsa sunt inter conchas. & hæc omnia in mari interno. *δόναξ, ονύξ, σπόνδυλος*. At per vniuersam hyemem in aperto inges est agrestium piscium captura, Cartilagineorum præcipuè & planorum, vt sunt Rana piscatrix, Raia, Squatina, Canicula, Centrina, Rhinobates siue Squatria, vel Squatinoraia ex Raia & Squatina compositæ. horribiles quidem aspectu, atq; esu admodum iniucundæ & inter ræ ingrata. Ranam piscatricem *βάτραχον αλιεύς*. Raiam *ράιον, λειβάτον, βάτιδα, άσεριάν*, vocant Græci. Torpedo, cuius vim eum esse omnium ore fertur vt capta retibus, priusquam attingatur, piscantium manus stupefiant. sed Tarentini tradunt mederi sibi in huius piscis tractu flatus retentione. *νάρινη, νάρια, νάρησις*. Pastinaca & huic per similis, cui piscatorum vulgus tam Venetum, quam Tarentinorum Columbi nomen dedit. *πυγών*. Paulus Iouius existimat illum piscem esse, qui Athenæo Achanthe est infimæ plebis obsonium. ausim ipse dicere, quas Iecorarias docti quidam homines appellant, *ηπάτους* Græci, sed Galenus *ενπείλους* felle carentes. Aquila, quæ & ipsa Cartilaginea & plana est, sic dicta, quod suis expansis alis volantem Aquilam imitetur. *άετός*. carnem omnes habent mollem non iniucundam, nec concoctu difficilem: aduenarum solent esse delitiæ. Kalendis Maij ad emporium, nundinasq; comæantium. In vtroq; autem mari sub idem tempus colliguntur Mytuli, parvuli illi quidem, sed omnium optimi ac saluberrimi. *μούξ, μύτλος, μύτλος*. Tellinæ, quæ & aliæ sunt à Mytulis, quicquid dicat Paulus Iouius, qui mauult cū Athenæo errare, quam cum Dioscoride rectè sentire. *τελλίνη*. Conchæ etiam illæ, quas aliqui Galadas, & quas Patellas appellant, neq; non etiam Squillæ. *γαλάς, λεπάς, κορίς*. Cancri tam fluuiatiles, quam marini. Gambari, Maij, maximum scilicet Cancrorum genus Corse vulgò, & Cancelli cū Paguris. *κάρκινος, κάρκιμαρος, καρκίνιον, πάγουρος, μάτια*, Purpuræ, quarum copia olim maxima. vnde opinio veterum de lanarum tinctura apud Tarentinos per quam optima. de his Ælianus consulito. *πορφύρα, πορφύρια*. Buccinæ aliquot: *σάλπιγξ*. Cochleæ albæ ac nigra, magnæ, parua, mediocres, cum Nucibus. *κόχλος, κοχλίας*. Vermium & quodam genus cretaceum, quibus pro esca, vt parua filiqua ad Auratas præcipuè extrahendas vtuntur piscatores. *σκόλλις*. Concharum nobilissima Ostrea, quæ vt tradunt historici, adeò apud Romanos in honore fuerunt, vt non

non modò Brundusio in Lucrinum lacum transferre studuerint, verum & in remotissimas è mari regiones ligneis secum lacubus asportauerint. Hæc aliquando veluti extincta eorum progenie, nusquã apparent, aliquando & me puero tantus fuit numerus, vt vili venderetur. *Ζοτρεον*. Et quæ carent sanguine pectines, quæ à Græcis *κτένες*, à nostris vulgò Conchæ Sancti Iacobi dictantur, quoniam peregrini dum Cōpostellam proficiscuntur ad visendas Apostoli reliquias, illis solent peregrinationis pileos exornare. Spongiarum genera omnia, quæ recensentur à Plinio, sitq; experientia illa in spongiarum conuulsione, quam idem refert, quod vbi auulforè sensere, contractæ multo laboriosius extrahuntur. *σπογγιον σπογγια*. Citula mense Ianuario longè melior: hunc piscem appellant omnes piscem S. Petri. ligures Rotulum vocant. Rhōbo est persimilis, præcipuè si caput absideris. *χαλκεις*. Tinca Aufonio cognitus Tarentinos fluuios non deficit, Tenga vulgò dicitur. Lampetra non minus pretiosa in Tarentino portu, quam in Arno, & Tyberi fluuijs, frequens tamen non est. *γαλεξια*. Alofa hoc tempore pinguis est, ac nescio an quæ in Tyberi capitur Tarentinæ sit præferenda: sed non antehac visus eius numerus quam anno septuagesimo tertio post millesimum & quingentesimum. Gobius & ille quidem multiplex ac frequens in arena nascens, albus item ac niger. Scombrus, quem Hicestius apud Athenæum *ευχυλον*, vocat idest boni fucici, modo laudabilis. *σκόμβρος*. Lupi etiam per multi sunt & laudatissimi, qui & Spigulæ à Romanis & Spine à Tarentinis dicuntur. neq; in mari tantum, sed & in Galeso & Tara fluuijs capi consuevit *λάβρακας* Græci vocant, quamuis alij Lupum à Labrace differre contenderint. *ακάρναξ*. Acus de longorum genere, rottrumq; proferens Gruis iisdem mensibus commendatur *θειώνη*. Lucernæ, quarum ingenium est lingua ignea per os exerta serenis noctibus lucere. adi Plinium. *ιέραξ*. Et tam marina, quam fluuiatilis Perca, quam & inter saxatilem, tertio tamen loco reponit Galenus. Athenæus ait Percam esse spinis coronatam, insigniq; varietate conspicuã. assimilatur Mænisi, quæ hodie Mænulæ dicuntur, eiusq; dux est Melanurus, qui alio nomine ab oculi magnitudine oculata vocatur. *σέρκη. μελανουρος. ὄφροστυγαστικτος*. Turdus etiam piscis his diebus apparet, qui inter saxatiles reponitur, & nobiles vocat Plinius *κίχλι*. Sub idemq; tempus Coracini piscatio est, in cuius capite lapillus inuenitur, quem puerorum collo pro amuleto suspensum regio morbo aduersari ignobiles quidam auctores tradunt. *κορακίνος. Σαπέρδης*.

Martius, Aprilis, Maius.

At mensibus Martio, Aprili, & Maio, præter prædictos in aperto mari Thynnorum multitudo non rara est, & in littore ipsius Urbis, & per totum Isthmum, dupliciq; retiũ ordine captantur, quorum quidem piscium partes sale conditæ variè nominari solent. Ventris enim pinguiorem adipem Taratellum

tellum ab vrbe ipsa vocant: dorsum autem magis carnosum ac macilentum Tonnam appellant. *θυννίς*. Murena cum Congro & Anguilla nullo quam hoc tempore magis commendata, & in vtroq; mari Sardæ, ac in insulis quãtò maiores, tantò, pinguiore. itemq; Aleces, & quæ Plinio & Theodoro sunt Trichia, digitalesq; alij pisciculi, quos lactarenulos appellare videtur plebs, & ab antiquis, quomodo dicti fuerint, nondum repperi. Anguille prægrandes pauca, sed quæ parua sunt exiguiq; capitis multæ, & gustu elegantiores, hæc in primis laudantur. *μούραινά. κόγγρος. ἔγγυλος. σάρδα. μαινά. τριχίδες*. Adde his Lupinum oua habentem, post Thynnum æstimabilem abdomine præsertim. Adde etiam Pinna, Astracos, Polypos, Cicadas, atq; Echinos, quos & maritimas Castaneas appellare poteris. Horum omnium præcipua copia est in Martio. Optimi & maximi Echini in externo mari. Adde præterea Pagros, siue Phagros, qui vulgò Fragolini appellantur, ex his qui assantur longè probatissimos. *ἀμία. πίννα. ἄσκακος. πολύπους. τέττιξ. ἔχινος. ἐρίθριος*. Quid dicam de Pelamidibus, quas & paruos Thynnos vocant, & à luto sic dictas ferunt, siq; pedalem excefferint magnitudinem, in Thynnos abire. Quid de Thynnoteris, quibus ab thynni abdomine zyrrulis nomen est: nam & zyrra appellatur imus Thynni venter, & hæc sunt abdomina Thynnia, quæ Lucilius commendat in primo Satyrorum libro, vulgus (vt diximus) Tarantellum, & zurram vocat, quod nomen putat Paulus Iouius deductum, propterea quod in Tarentino sinu sale Thynni benè asseruentur. *πηλαμίδες*. Non desunt his mensibus Merule, quæ & ipsæ cum Turdo, Umbra, Afello, à colore, quem referunt, appellantur, & sunt saxatiles. *κόπηθος. κίχλη. σκίαυνά. ἄγρος. ἰσθηκίς*. Mugilum copia est, & Mormyrorum, qui nec sine piscantium risu capiuntur, in metu enim capite abscondito totos se occultari credunt. *μούζινος. μορμύρος*.

Iunius, Iulius siue Quinctilis.

Abundat Iunius Scorpionibus, Scorpenis, Draconibus. Anguillæ his diebus pinguescunt, vt alias, sed iuxta fluuios qui portum ingrediuntur, sæpissime atq; ingentes capiuntur. Aliud genus piscium, qui Coccyges à piscatoribus dicti sunt, verumtamen si Iouium audire placebit, Merula cum Coccyge erit eadem. piscem vocalem appellat Aristoteles, lib. 4. Animalium. Sequitur Quinctilis, quo Auratæ non lineæ, & hamo, sed retibus ad insidias paratis captantur, & Sardæ circumiactò rete, vbi primum visæ sunt, præcipuè in Galeso, eodemq; mense nigra Cochleæ, & Purpuræ colliguntur. *σκορπίος. δράκων. θαλάσσιος. κόκκυξ*.

Augustus siue sextilis.

Afellorum mense sextili duo illa genera, quæ Plinius commemorat, in aperto mari grandiora quam incluso. vulgò Cergne, atq; idem tempus profert Coruum. *κόραξ*. Salpæ optimæ sunt his diebus, pisces tam operose atq; ele-

ganter à natura depicti . Cephalis quoq; & illi multiplices varijs nominibus appellati à Corporis accidentibus , nam & Capitones à Capitis amplitudine dicuntur , & apud Græcos caput est κεφαλή . Labeones à prominentibus labris inferioribus . Sic & Cestres , Bacchi , Myxini , Chelones , leuchisti , & Murcones alij appellantur . σάλπιξ . βόυς . κεσρεύς . σάργος . Quod autem tradit Ælianus in primo de Scaris pisce , id Tarentini de Cephalo experiuntur . Sed Ælianus audiamus , est enim historia gratissima . Scarus cum alijs herbis marinis , tum Alga imprimis vescitur , omnium piscium ad Venerem inflammatisimus est . Causa cur capiatur est cupiditas in explebilis in fœminam . eam non ignorantes rei piscatoriæ qui sunt peritissimi , hoc modo illi insidias ponunt , vt comprehensæ fœminæ summum os ad tenuem funiculum ex sparto confectum alligent , eamq; viam per mare trahant , vbi eorum cubilia esse , & in quem locum congregentur , norunt . Conficiunt etiam graue plumbum figura rotundum , longitudine trium digitorum , quo ex chordis appenso trahitur Scarus fœmina captiua . Aliquis eorum Nassæ in piscatorio nauigio accommodatæ os latè diducit , datq; operam , vt Nassa in Scarum captum conuertatur . Ea enim sensim demittitur lapide ad certam mensuram facta . mares verò non aliter quàm homines ad conspectam amatam libidinis furorè feruntur , circumq; eam concursantes , alius alium præuertere , eiq; appropinquare , & contingere studet , vt solent iuuenes vehementer amantes , aut osculum , aut vellicationem , aut aliud quippiam furtum amatorium venantes . Qui deducit fœminam sensim , & pedetentim insidijs collocatis rectà ad Nassam cum amata dices amantes ducere . Cum proximè ad Nassam hi accesserint , plumbum in interiorè partem à piscatore tractum , & ex linea decidens fœminatam in Nassam detrahit , quo simul influentes mares capiuntur , ac pœnam dant Scari eiusmodi furentis libidinis . Hæc Ælianus . Verum hanc venandi industriam non vidi apud Tarentinos in Cephalorum capturam : sequuntur nihilominus fœminatam filo tractam , ac tridente bisterq; sauciati non recedunt , donec semimortui capiuntur , vel succumbant . Vulgò l'ouato dicitur hoc pisci genus . Maxima Tarentinis Cephalorum gratia est , habent enim oua , quæ geminis veluti folliculis incisa parte suminis recentibus eximuntur piscibus . Hæc Græco nemine passim Ouataricha , idest salita oua nuncupantur . Sunt apud Græcos ταρχα obsonia pretiosa & probè condita , hæc autem oua inter principum obsonia reponuntur . piscium carnes absque abdomine vilius plebi venduntur . interno mari capiuntur , & præcipue ante Urbis Ianuam in Archiepiscopali piscaria . Omotaricha sunt salsamenta apud Græcos , quæ cruda comeduntur , ομοταρχα , ita scriptum reliquisse Alexim testatur Athenæus . pinguescunt Cephalis vt multi alij pisces in aquis Galei fluij . neque

ex Ce-

ex Cephalis solum Ouataricha fiunt , sed & ex alijs piscibus , præcipue ex Spigulis , sed quæ ex Cephalis nobiliora . Hieronymus Mercurialis appellat Botargas plebeo nomine , quorum inuentorem Lampridio sic referente , Hellogabalum fuisse tradit . Et apud Herodotum idem Mercurialis scribit vsurpari hoc verbum ταρχευσιν in corporum mortuorum condituris , propterea , cum plures Ægyptij tenerent modos , quibus mortuos à putredine feruarèt , primus omnium atq; etiam frequentius à populo vsurpatus fuit , qui ex solo sale constabat , vnde meritò condire corpora , salire dicebatur , & quæ condita erunt ταρχευμένα . Ouatarichis proximum est Cauarium , quod si nigrum est , ex ouis Sturionis conficitur . si rubrum , ex ouis Cyprini saliti , & in massam congesti , in Capha , quæ ad Tanaim ciuitas est : vnde & Capharium dici potest .

September, October, November, December.

Venit inde Septembri mense ingens quædam Solearum Copia , quæ à M. Varone Lingulacæ nuncupantur , ab Athenæo Buglosi , eo quod bouinæ linguæ effigiem immitentur . Harum ingenium recensent omnes ferè scriptores , ac ipse benè expertus collaudo Iouium , qui frictas Arancij mali succo pipereq; conditas probari in conuiujs asserit . Smarides & Menæ huius mensis laudabiliores , βούγλασος . Oculata , siue Melanurus , quem Patcarum ducem supra diximus , licet de hac re magna sit inter scriptores contentio , quam prudens ac sciens prætereo , hoc tempore cum Boca prouenit . Boca autem picturatum habens dorsum à voce sic dicta est , alijs Boopa , quoniam hic piscis prægrandes habet oculos instar bouis . gregatim capitur , vt nullum alium piscem his diebus ferè cernas in macello piscario . βώκας . Auratæ captura optima est (quamuis toto anno huius generis pisces capiantur , quas infantès ab ætate appellant , quo nomine puerulos vel puellulas dicimus) à Kalendis Octobribus vsq; ad Martinalia , quæ apud Tarentinos pisce potius quam carnibus solent celebrari , vel per totum Nouembrem . χρύσοσπυς . Synodontes pisces , si Græca voce vti volemus , Dentices si Latina Auratis per similes in venatione illas sectantur , σπυρόδων . Cephalorum , & quodam genus , cui longo collo nomen imposuere veteres piscatores . Trigla , τριγλή , quod ter in anno pariat , siue Mullus optima eodem mense , capitur paruo mari , & in ea præcipue parte extra Urbem , vbi piscaria Sancti Leonarhi dicitur à Sacello , quod illi Sancto erectum adhuc apparet , quæ & propè Archiepiscopalem piscariam cernitur , non longè à fornacibus , qui locus ad fornaces dicitur , quia ibi præter calcem coquuntur cretacæ domorum tegulæ , imbrices à vulgò dictæ , vnde tecta imbricata , Sardæ etiam & Sargi eodem tempore felices , vt mirer cur Brundusinos potius commendarit Ennius quam Tarentinos , nisi fortasse ibi commorans illis frequentius vesceretur . σάργος . Est & minor Sargus

iple etiam gregalis & Sparus qui meliorem, quam pisces alij plures succum habet, his temporibus in Auratarū comitatu. *σπάρος* à verbo Græco *σπάρειν* id est palpitate. December nouissimus anni mēsis mollioribus affluit piscibus, vt sunt Polypi, loligines, sarpie, & quę intra domum latet suam Testudo religiosorum quorundam, qui à carniū esu sanctissimo instituto abstinent, obsonium paschale, hoc mense sarpie in littore hæret. Sexcenta etiam alia piscium genera ne ab antiquis quidem cognita singulis apparent mēsis. ea proprijs nominibus nec audeo, nec possum appellare: & in hac re pisces nomen (vt opinor) sibi ipsi effingunt. *πυροφύης πολύπους. τευτίδες. σπηλα. χελών θαλάσσια.* Portentosos aliquando capiunt pisces, sed in mare, quod maius vocant, nos apertum vel externum sarpie antehac appellauimus. Balenam, me puero, tormentis ac telis Tarentini milites fauciarunt, ea in acta Gallipolis mortua inuenta est. *κίτος.* Cete. Capiuntur & aliquando monstruosi pisces quam plurimi, inter quos præter Gladium vel Spatham, à telo quod in fronte gerit, sic dictū: multi visi sunt humanas manus, oraq; habentes, & inter eos etiā Vituli, qui & Phocę appellantur. Tursio, seu Tursio Gaza. Delphines quotidiani ferè prospiciuntur ex muris ludere, quales Ouidius in maiore suo volumine describit, hos *φιλανθρώπους* Græci vocant id est hominum amatores. Quid de Corallijs dicam? ad quæ colligenda & Tarentini, & Siculi, & Neapolitani pisces non semel visi sunt contendere. non expertus est Plinius, vel nusquā de his audiuit, legitue, nam vt multorum locorum, sic & Tarentina laudasset Corallia, ea etenim sunt & quā ramosissima, & quam maximè rubentia, non scabosa, non lapidea, non inania, non concaua. retibus auelluntur, sed acri ferramento prius præcisa. Scribit idem Plinius Aquatiliū tegmenta plura esse, quæ cum omnia in Tarentino mari quotidie experiremur, hic apponere haud visum est indignum. Alia corio & pilo integuntur vt Vituli & Hippopotami: alij Corio tantum vt Delphini. Cortice vt testudines Silicū duricia vt Ostrea, & Conchæ. crustis vt locustæ. Crustis & spinis vt Echini. Squamis vt pisces. aspera cute vt Squatina, qua lignum & eborā poliuntur, molli vt Murenæ. nulla vt Polypi. Vendendorum piscium ars piscinaria appellari potest. *ιχθυοπάλαιαν* appellauit Athenæus. & frequentissima est apud Tarentinos. essent & multa dicenda de ritu condiendorum piscium, sed quia varius ac plebeius est, omisimus. Hæc de Tarentinorum piscatu, non quæ essent omnia dicenda, sed quæ colligi potuere cōsultis in hoc (vt præfati sumus) piscatoribus quam plurimis, illud autem non prætermittendum, quod Principibus in Vrbe præsidentibus, non omnibus, qui ciues essent, sed illis tantū piscari liceret, qui veniam ab ipsis consequerentur, vt in Nemoribus ac Syluis fieri pro Ferarum venatione solet,



NVLVS est, qui vel in seipso, vel in alijs non experiatur, opū affluentiam eam esse, vt sarpie ad malum cogat hominem suapte naturā ad illud ferè semper prouum atq; procliuem. Hinc nostrorum maiorum delicia, vt in prouerbiū cesserint non secus ac Siculæ, Syracusanę, Persæ, Tyrrhenæ, atq; Sybariticæ. Laudat Ælianus in varia historia Phocionis vxorem, quæ mariu vestem gestabat, neq; opus habebat veste Tarentina, quasi molli ac lasciuia. Iulius Pollux Tarantinnidion vestem appellat pellucidam Tarentinis vtitatissimam. *Ταραντινίδιον, ἢ Ταραντινὸν* substantiuē genus vestis subtilis muliebris. Athenæus auctoritate cuiusdā demi Delij qui scripsit librum *περὶ παιδων* de Pæanibus hæc refert. Quos Ithyphallos nuncupant, personas ebriorum induunt, coronas gestant, & manicis anthino colore tinctis manus operiunt: tunicis vestiuntur albo distinctis, Tarentino amictu præcinguntur ad malleos vsq; demisso. quibus in verbis duo animaduerti possunt, anthinum colorem esse violaceum, & Tarentinum amictum è mollissima lana, qualis erat Tarentina, contextum. In Epistola ad Mecænatem Horatius appellat Tarentum imbelles.

— *mibi iam non Regia Roma.*

Sed Vacuum Tybur placet, aut imbelles Tarentum.

Imbelles, inquam appellat, quasi ociosum, quietum, à bello vacuum, & voluptati deditum. Ob quam eandem causam dictum alij volunt ab eodem in Satyris molle, quibus non astipulatur Macrobius. Alexander ab alexandro ex sententia cuiusdam lucij Parthenopæi recenset multorum ingenia populorum, sed veterum, vt credo, ex loci natura, aut cœli climate ita vitijs obsepta, vt propria illis sint atq; pperpetua. & inter cætera hæc posuit. Asiani, Iones, Abydeni, Medi, Arabes, Tarentini, & Galatæ, molles & effeminati, eneruatis animis, ad inertiam nequitiamq; parati, omnibus imbuti delinimentis, in gymnasijs & turpibus amoribus exerciti. illecebræ enim luxuriæ ad extinguendum vigorem animi, apud eos sunt. Erant Tarentini frequentissimi in comotationibus & genialibus conuiujs, in quibus dabantur, & circumferebantur coronæ: vnoquoq; mense publicum epulum instruebant cæso boue. priuati plebei etiam num Veneri & commessationibus indulgebant assidue. Ebriæ mulieres desudantes vnguenta vino permiscebant. hinc Iuuenalis satyra sexta.

Atq; coronatum, & petulans, madidumq; Tarentum.

Hinc Salmonius poëta.

Et Sybaris sequitur Luxus, madidiq; Tarenti.

Hinc Pontanus.

Bacchi delicia, aut madens Tarentum.

Marcus Tullius ad Trebatium ita scribit: indicauit mihi Panfa meus Epicureum te esse factum: ò castra præclara: quid fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrinam misisses? Lacædæmonius Megillus in primo legum apud Platonem ostendit & ipse Tarentinorum delicias, & ebrietatem. Dicit enim se vidisse ciuitatis vniuersæ vinolentiam in Bacchanalibus. Hæc sunt eius verba de voluptate differentis. Quo enim (loquitur de Lacedæmoniorum legibus) omnes homines summo opere in voluptates vehementissimas, petulantiamq; , & insaniam incidunt, id ab vniuersa regione lex nostra exterminauit. Nec in agris, nec in vrbibus; quas Spartiatæ gubernant comotationes videbis: Sed nec in comotationibus coniuncta, quibus ad omnes voluptates mouemur. Nec vllus est, qui cuidam ebrietate lasciuenti obuiam factus non maximo ipsorum supplicio statim afficiat, neq; Bacchanalium tempus ipsum liberet, quem admodum & apud vos in curribus vidi, & apud Tarentinos, qui nostri coloni sunt omnem in Bacchanalibus ebriam ciuitatē. Quod autem Tarentini aliquando ebrietati studuerint, ac commensationibus, facile etiam possumus ex eo iudicare, quod legitur de Pyrrho, & ipsis Tarentinis. Huius quidem rei meminit Fabius Quintilianus, capite de risu, neq; non Valerius maximus cuius verba apposui. Audierat Pyrrhus apud quosdam in conuiuio Tarentinorum, parum honoratum de se sermonem habitum: accersitos qui ei inter fuerunt, percunctabatur, an ea, quæ ad aures eius peruenerant, dixissent? tum ex his vnus, inquit, nisi nobis vinum defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ ijs quæ de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tam Urbana crapulæ excusatio, tamq; simplex veritatis confessio iram Regis conuertit in risum. qua quidem clementia, & moderatione affectus est, vt sobrijs sibi Tarentini gratias agerent, & Ebrijs benè precareatur. Obiter hic libuit apponere, quod Blondus in Roma triumphante de Cynea Pyrrhi oratore narrat, quia fortasse & ad Tarentinos spectare tam verisimile sit, vel videri possit, vt quiduis aliud. Vnde (inquit ille de Vini vsu agens) iocus prodijt viri excellentissimi Cyneæ Regis Pyrrhi oratoris, cuius à Romana legatione ad Regem suum redeuntis serui & familiares cum apud Ariciam Urbem nunc funditus dirutam, vino immoderatus hausto, vt solent Ebrijs capitis dolorem, & nauseam ab aëris grauitate causarentur: quin (inquit ille) vini hoc effecit austeritas, illiusq; inhumani indignitas: vnde iter agens inspectas altissimis in vlmis (quod etiam nunc fert regionis natura) vites illis ostēdit, matremq; dixit vinorum, à quibus tantum acceperunt incommodum, in tam alta cruce meritò pendere. Sed Argiuorum luxui subdit hæc pauca

Rhodi-

Rhodiginus. Tarentinis inueterati fuit moris, matutinis se poculis ita inuitare, vt iam frequentiore foro, temulenti planè viserentur. Athenæus ex sententia Theopompi & Callistrati de eadem resic habet. Theopompus ex lib. decimo Philippicorum, à quo vltimam partem, vbi de Atheniensium oratoribus, & Reipub. administratoribus agitur, quidam separarunt, his verbis refert intemperantem & prodigum Eubulum Demagogum fuisse. Tantum luxu (inquit) & improba alieni cupiditate in Tarentino populo cæteros anteuuit, quantum Eubulus circa epulas intemperans fuit, qui & Atheniensium vectigalia in alendis semper militibus consumpsit: idem alibi, Tarentinorum (inquit) ciuitas propemodum quoto quoq; mense boues immolat, & conuiuia populo exhibet: coit verò turmatim vulgus & assidue compotat. Sic autem de cæteris nationibus Tarentini dictitant, alios quidem homines industria, & circa munera sua laboriosa sedulitate in posterum vitam sibi cōparare, se verò quia conueniant, & voluptatem inde percipiant, iam viuere nec expectare, dum olim uiuant. Iam verò (inquit Ælianus in historia animalium) si quis, qui non dum excefferit extrema pueritia, Thunni sanguine illinatur, non pubescet. Hoc idem Torpedo, & marinus Pulmo efficiunt: nam in aceto putrefactæ eorum carnes, & mento asperæ fugam pilorum facere dicuntur. Quid ad hæc Tarentini, & Tyrreni sophistæ malorum inuestigatores, conantes pilorum euulsione ex viris mulieres facere? Addam, & si inuitus, neq; sine ingenti vultus rubore, sed historia ratione coactus, quod in Athenæo legitur de nonnullorum facinore militum, qui dum bellicosi ac fortes haberi voluerunt, tanta in miseros hostes abusi sunt & impudenti insolentia, vt magnam inde & sibi & suis omnibus acquisierint infamiã, Athenæi verba hæc sunt. Clearchus libro quarto vitarum ait, Tarentinos populos confisos viribus & copijs, quas tum magnas possidebant, voluptatibus ac delitijs vsq; adeò se tradidisse, vt totius corporis cutem leuigarent, vnde pilorum auellendorum exemplum reliqui sumpserunt. Vestes (inquit) textiles pellucas omnes gestabant, quibus nunc luxuriat molliuscularum sceminarum cultus. Secundum eorum peccatum id fuit, quod delicijs corrupti, & licetia vitæ ad iniurias vicinis inferendas pertracti oppidum in Iapygibus Carbinam cum deuastassent, virgines, & florentes ætate matronas in Carbinatum sacris ædibus congregarunt: deinde tentorijs fixis, nuda omnibus clara diei luce corpora spectanda præbuerunt, vt cui libitum esset, his tanquam in miserum gregem insilierit, libidinem suam expleret illarum, quæ eò collectæ fuerunt pulchritudine, sub omnium oculis, Deorum præsertim, ante quos id nunquam patratum iri credidisset oppressus ille populus. Tanto flagitio sic indignatus est Deus, vt quotquot Tarentini scelus id aduersus Carbinatas præter ius & humanitatis leges commiserant, exanimauerit fulmine. Ad nostrã vsq; memoriam Tarenti ante singulas ædes pylæ statuta sunt pro foribus, & in illis

in illis eorum qui militarunt aduersus Carbinates insculpta nomina, & quando interierunt de cœlo tacti, nec eorum qui sic vitam amiserunt, quisquam miseretur, nec legitima ijs libamina effundunt, sed Ioui fulminanti sacra faciunt. Hæc ille. Vnam Tarentini ducebant vxorem pro liberis procreandis (de veteribus loquor) at duas insuper ducebāt luxuriæ & voluptatum gratia. Et quoniam de vxoribus facta est mentio, illud non est silentio prætereundū, Tarentinos hanc olim habuisse consuetudinem, quod ex nouis sponſis in prima cæna neuter manibus cibum sumere audebat suis, vterq; expectabat cibū, vt sibi ab alijs porrigeretur. aliter si fecissent, coniugium nullum erat. Seruatur huius hodie moris aliqua particula, nam quando noua vxor mariti domum primò ingreditur, ab aliquo consanguineo vtriq; ad os porrigitur argenteo cocleari aliquid mellis vel obsonij zaccaro confecti, vt sit boni omnis indicium, eos in pace dulcissimè conuicturos.

QVÆ TARENTI ACCIDISSE
ferantur. Cap. IIII.



RATAM (inquit Ælianus) accepti beneficij memoriã ipse etiam bestię retinet, Tarentina mulier nomine Heracleis, & ceteris in rebus, & maximè raro fœminarum genere fuit, & verò ab omni stupro integram castamq; se marito conseruauit. quippe quæ vt viuentem eum studiosè & diligenter coiuisset, sic posteaquã è vita excelsit, se fidissimã, & ab omni libidine continentem humato coniugi præstans, Urbanas commemorationes, & domū in qua mortuum vidisset maritum adeò malè oderat, vt præ mærore ad sepulchri monumentum, vbi sepultura affectus esset ille, miserimè commoraretur. Hæc igitur fœmina cum æstiuo anni tempore Ciconijs pullorum suorum volatum experientibus, vnus & infirmissima ætate, & alarum debilitate delapsus alterum crus fregisset, eiusmodiq; casum intuita, se cognito morbo misericordem pullo præbuit, nam & vulnus obligauit, & medicamentis, & cibo potioneq; adhibitis cicatricem obduxit, & ad incolumitatem perduxit, atq; iam aduolatum confirmatū è manibus dimisit. Hic admirabili quadam naturæ intelligentia non ignorans se conseruatæ vitæ præmium mulieri debere, anno post cum aduersum Solem fortè apricantem eam, quæ sibi benignè fecerat, perspexisset, demisso atq; humili volatu proximè ad ipsam profecta in eius sinum lapidem euomit. deinde in tecto subsedit, cuius facti admiratione commota Heracleis dubitabat, quid hoc esset. Cum igitur lapidē intus alicubi deposuisset, nocte insequenti somno soluta eum fulgere, & radia tam domum tamquam immisis facibus ex eo splendere perspexit. vbi verò Ciconiam comprehendisset, & vulneris cicatricem percepisset, hæc cognouit
eam

eam esse, quam miseratione commota curauisset. hæc Ælianus. Scribit Ouidius lib. septimo metam: Æsonem Iasonis patrem à Medea ex sene factum fuisse iuuenem, vbi eum in aheno recoxerit. quod & legere poterit, qui volet apud Volaterranum in Philologia. Verum hoc posset, vt debet, figmento a scribi poëtarum. Quod autem legitur in hispano quodam libello, cui titulus. Iardin de flores curiosas, & cuius auctor est Antonius de Torquemada, fortasse non erit adeò fabulosè narratum, vt non videatur verum *qui dicitur*. refert enim per quendam Bernardum (est enim dialogus) anno post natum domianum quingentesimo, & trigesimo primo vel secundo, cum Romæ ipse degeret, publicam fuisse per totam Italiam vocem ac nunciū certissimum, Tarenti senem quendam Capularem & decrepitum centum annos natum iuuenem esse factum mutatione dentium, pellis, & quicquid pilorum in toto corpore haberet, vnguuium etiam tam manuum quam pedum, ita vt vix à suis internosceretur, vixisseque sic validum annos quinquaginta, vxorem duxisse & filios etiam suscepisse, & tandem ad eam deuenisse cariem, vt lignum potius censeretur quàm caro. Hoc id ipsum pluribus accidisse ibidem scribitur & ab eodem auctore. sed quia ad nostram illi haud pertinent historiam, præmitto. Commodauit mihi librum hispano scriptum idiomate Ioannes Baptista Athenisus iuriconsultus peritissimus, vt qui maximè in tota Iapygia, & ipse nobilis inter Tarentinos. Est & inter ea, quæ humana excedunt consilia reponendum, quod in Iamia Angelus Politianus, & Cælius Rhodiginus in antiquis lectionibus memoria dignum censuere. id ita est. Bouem apud Tarentinos in agro quodam pascuo fortè Pythagoras conspicatus viridem adhuc fabaciam segetem morsu truncantem rogauit bubulcum, moneret bouem suum, ne illam depasceret. Huic bubulcus illudens, atqui (inquit) bouatim loqui nescio, tute si scis potius moneto. Non cunctatus ipse accessit propius, & in aurem boui illi voce tamen summissa diutulè locutus imperauit, non modò vt in præsens, sed vt etiam in perpetuum pabulo fabacio abstineret. itaq; bos ille Tarenti deinde molliter contenuit in lunonis fano sacer habitus, cibusq; hominum vesci solitus, quos illi obuia turba offerebat. Visus est Tarenti vitulus biceps anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio mense Februarij Massafra oppido natus, quem octipedem etiam aiebant bubulci. portentosum caput Tarentum fuit aspertatum ad præfectum prouinciæ, qui ibi commorabatur ob panem nauticum conficiendum pro classe regia, quæ aduersus Turcas parabatur in sancto illo fædere. Et quoniam de pane facta est mentio, addendum videtur prodigium, quod ab auctore cronice historię recensetur. Scylla (inquit) apud Romanos præfecto, & Sothero Ptolomæo apud Aegyptios regnante, cum in conuiuio, quod Tarenti tunc temporis celebrabatur, panis diuideretur, sanguis inde effluere visus est,
O qualis

qualis è corpore humano faucio emanare solet. quo quidem tempore septem dierum spacio cum grandine lapides ceciderunt, vniuersum ferè Tarentinorum agrum deuastantes. Erat apud Tarentinos, sicut apud Athenienses Prytanæum, vbi iudices & magistratus versabantur, consultabantq; de Repub. eo in loco etiam publicè alebantur qui de Repub. benè essent meriti. habebatur hic honos maximus. in Tarentino Prytanæo Dionysius Iunior Siciliae Tyrannus Candelabrum dicauit, in quo totidem succenderentur Lychni, quot in anno numerantur dies. hoc ab Athenæo refertur auctore Euphorione in historicis commentarijs. Animantia bruta homines adamasse, & formosos præcipuè atq; virtute præditos multi scribunt: quantum autem Delphinorum fuerit amor in huiusmodi, docent Herodotus, Plutarchus, Pausanias, Athenæus, Theophrastus, & Plinius. Hic tandem cum multa adduxisset exempla, quibus hoc verum esse persuaderet, subdit. Nec modus exemplorum. Eadem Amphiloehij & Tarentini de pueris delphinisq; narrant. Quæ faciunt, vt credatur, Arionem quoq; Citharædicæ artis interficere nautis in mari paratis, ad intercipiendos eius questus eblandum, vt prius caneret cythara, congregatis cantu Delphinis cum se deiecisset in mare, exceptum ab vno Tenarium in litus peruectum. Herodotus in Clio hanc Arionis fabulam siue historiam dicit tunc accidisse, cum parta ingenti pecunia voluisset ille Corinthum ad Periandrum redire, cumq; profecturus esset à Tarento, quia nullis magis quam Corinthijs fideret, nauigium virorum Corinthiorum conduxit. de eodem plura leges apud Plutarchum in conuiuio septem sapientum. hymnum quo se Arion gratum Neptuno exhibuit leges apud Aelianum. in Tanaro, cui Cereapoli cognomen antea fuerat, Arionis & Delphini statua cernebatur cum hoc subscripto Epigrammate.

*Epelago seruauit Ariona Cydone natum
Delphinus vector, dijs ducibus Siculo.*

Habuit & ager Tarentinus multorum cineres præclarissimorum. M. Pacuuius Ennij ex sorore nepos Tarenti moritur annos natus quinquaginta, in eius tumulo hæc legebantur carmina.

*Adolescens tam et si properas, hoc te saxum rogat,
Ut se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt poeta Pacuuij Marci ossa,
Hoc volebam nescius ne esses, Vale.*

Sunt & multi qui cõtendunt Vergilium apud Tarentinos suum obiisse diem, vnde illa disticha.

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces. &*

Qui

*Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabria moriens hac requiescit humo.*

Sed hæc mirabilia non sunt, quocunq; enim pergat homo, secum affert moriendi necessitatem, quæ vitari nullo modo potest. videtur tumulus Vergilij Neapoli supra antrum ad ædem diuæ Mariæ, quæ ad pedem cryptæ dicitur cum hoc disticho.

*Quid cernis tumuli hac vestigia? conditur, olim
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.*

Est apud Hieroglyphicos Tarantula inuidiæ solum, cuius exiciale virus à medicis tale describitur, vt læsis inducat stuporem, genuum labefactione, demumq; vniuersi corporis *παραμων*. id est tremorem, qui in prouerbium vsque abierit. Est Tarantula, idem cum Phalangio animal ex Aranearum decuria, quarum multa genera refert Nicander in Theriacis: & videtur in tota Iapygia, ne dum Tarenti. Qui ab hoc vermiculo mordentur, non sibi mederi solent Cancrorum pastu, quod naturæ impulsu faciunt Cerui, vt docet Plinius, sed vt legitur apud Theophrastum Academia post Aristotelem successorem, cantilenis, fistulis, ac Tympanis: eosq; delectant colores varij, vt alius rubro, alius viridi, cæruleo alius alliciat, odioq; habere videntur quemuis alium. fœminæ aliquando mordentur, quæ instar Amazonū & Lacænarum, nisi maui Baccharū gladios in manibus habere, signaq; ferendi, defendendiq; ac si in singulari certamine non erubescunt. hos vulgò dum simili infaniunt morbo, Tarantatos vocant, qua de re agnominatione quadam nonnulli vtuntur dicentes Tarentini Tarantati, dum huius Urbis ciues, eos præcipuè, quos constantia decet, volunt leuitatis arguere. inter alios huius rei scriptores, Alexander ab Alexandro iuris peritissimus tam multa scripsit in libris Genialium dierum, vt plura (ni fallor) latinè an dici queant, non videatur, quo doctore qui non fuerit contentus, adire illum haud pigeat Aelianum ex principibus Græcis vnum in historia animalium, videbit enim admiratione dignissima de Phalangijs præcipuè zazinthi, quorum morfu totum humanum corpus obtorpescit, & debilitatum tremore afficitur, & frigidissimum illicò fit, & vomitum cum conuulsione patitur, membrumque genitale illi intenditur. At si qui ab eorum morfu integri atque intacti balneas, quarum lauatione Phalangio vulnerati fuissent vsi, fortè subiissent, aut pedes abluissent, omnibus doloribus, quibus torquentur morfu pressi exarserunt. Andreas præterea Matthiolus in secundo Dioscoridis commentario annotauit & pauca alia eadem de re, ictos videlicet ab hoc verine, varjè ac diuersè torqueri: alios perpetuò canere, alios ridere, plorare alios, multos clamitare, nonnullos dormire, plures vigilijs affici, plerosque vomitionibus laborare, non paucos saltare, sunt qui sudant, alij tremebun-

O 2 di fiunt

di fiunt, quidam paucis infestantur, plerique alij alia patiuntur incommodo, fiuntq; phræneticis, lymphaticis, ac maniacis per similes. Quæ (inquit) Symptomata tam varia, atq; diuersa non aliunde prouenire dicendum est, quam aut ex vario horum animalium veneno, aut ex demorforū hominū temperamentis, & paulò ante dixerat. Sed mirum certè quam facilè huiusce veneni vis musica mulceatur. Quandoquidem auditis lyricis instrumentis, vel tibiarum sono, primo statim occurſu icti à Tarantula à languoribus cessant, & in medium tripudiare, & saltare incipiunt, tamq; diu rem prosequuntur, ac si sani essent, & nullo vnquam tenerentur dolore. Quod si eueniat, vt tibicines tantillum conquiescant, ac interponant, non multo post tempore in terram concidunt, & ad pristinos redeunt languores: nisi tam diu in deficiente sonitu saliant, atq; tripudiant, donec veneni virus partim insensibiliter per cutis meatus, partim per sudorem exeat, & discutiatur. Ob id igitur tibicines stipendio conducuntur, alternatimq; mutatur, absq; vlla sonitus intermissione, tam diu tripudiant demorſi, quousq; penitus curati quiescant. hæc ille, qui etiam sua addit coniectura à Tarento Vrbe dictam Tarantulam, non à Tarantula Tarentum, vt nonnulli imperiti asseruerunt. Scribit Philostratus multos libros de vita Apollonij Thyanei. 15. lib. 7. cap. 4. inquit. Nerua, qui post Domitianum iuste modesteq; imperauit, iam ad imperium vocari videbatur: id præcipue Orphytus & Rufus opinabantur: hos Domitianus paratarum contra se insidiarum insimulans in insulam relegauit: Neruam quoq; Tarentum secedere iussit. & cap. xij. Cum quidam ex ijs, qui vnà cum Apollonio erant in custodia, quereretur, propterea se accusatum, quod Tarenti, vbi dominabatur, sacrificans publicis precibus non addiderat Domitianum Palladis filium esse. At enim (inquit) arbitraberis fortasse Palladem non peperisse, cum semper habita sit virgo: ignorabas autem (vt opinor) Deam ipsam Draconem quandoq; Atheniensibus peperisse. Erecta domorum tecta Tarentini vt plurimum cannitia conficiunt, adiecto arenario, & regulis, præter trabes & forcipes. Zacharias lilius in libro de situ orbis dicit, Oebaliæ nomine Urbem esse in Italia iuxta Tarentum ab Oebalo Telonis Regis Capreæ filio sic nuncupata, citatq; Vergilium in Georgicis, cuius versus alibi nos adscripsimus, quæ Lilius sententia mouit me, vt crederem, vnã ex paræcijs Urbis inde nominatam. diuiditur hodie quantulacunq; est in quatuor paræcias, quarum vnã Balei paræcia est appellata, corrupta fortasse voce ab ijs qui Oebaliam iuxta Galeſum habitabant. at si quis volet fortasse & aliarum paræciarum nomina cognoscere, illa quidem recentia sunt, & altera diui Petri paræcia dicitur, tertia Turris pennæ, quarta cognominatur à ponte: duæ inquam sunt, in superiore Vrbe, totidem in inferiore. Quod Vergilius lib. æneidos septimo laudat Galeſum quendam his versibus,

Corpo-

*Corpora multa virum circa, seniorq; Galeſus
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Asuonijsq; olim ditissimus aruis.*

Amicum fortasse laudauerit suum, cui ob recepta beneficia Tarenti erat obligatus: iuris ergo hospitalis memor, ita remunerat. Tributa & vectigalia multa ac varia sunt. nam alij Regi debentur ac soluuntur, alia senatui, & colliguntur ex piscatu piscium, & ex illorum venditione, & pane confecto, ex vino, ex oleo, ex croco, & ex domorum prædiorumque centibus, ex pauperum labore, & ex mercimonijs. Habent hodie, vt in tota Christiana Repub. laudabilem hanc consuetudinem Tarentini, vt sicuti in Vrbe quisq; sibi domum condidit, in qua cum familia bene ageret, atq; viueret, ita quoq; contendat extruere sacellum cum sepultura, in qua mortuus humaretur pie honesteq; cum suis, non extra Urbem secundum celebres vias, sed in basilicis magnis, quas alibi recensimus. ritus autem efferendi ad sepulturam cadauera, illaq; sepeliendi, quia iidem sunt, qui apud omnes, nihil opus esse existimauit de illis agere, sicut alij consueuerunt in suarum urbium historijs: nempe de campanarum pulsatione, de illarum vario numero iuxta mortui dignitatem, & comitatu cognatorum, affiniumq;, etiam mulierum, quando defunctus effertur, de vestibibus lugubribus, de pompa, quæ partim præcedit, partim sequitur, de facibus, de cruce, de amicis, qui cateruatim se comites præstant, deq; sacerdotum diuinis precibus, & tandem de humatione, & funebri oratione, quæ non semper habetur, sed quando illustis quidam vir, siue mulier, siue antistes sit, qui vitam obierit.

Finis Quarti Libri.



DE

D E
**ANTIQUITATE, ET VARIA
 TARENTINORVM**

F O R T V N A

L I B E R Q V I N T V S .

I O A N N E I V V E N E E O R V M C I V E
 A V C T O R E .



TA R E N T I N I siue ea, quę in Phalantho dicta est, siue alia, à Spartanis ratione oriundi, armis vt plurimum, quam initio habuere potentiam, consumpsere. Notū illud est, militare scilicet studium durum, atq; horridū ita fuisse Spartanorum proprium, vt degeneres haberentur, & matribus etiamnum indigni, ne dum patribus, qui in armis à prima vsq; ætate non se exercerent. Primum igitur, & antiquissimum bellum, quod post Lucanum cuius nulla præter nomen est memoria, Tarentini gessere, fuisse creditur illud, quod aduersus Thurios, Sybaritasq; gestum Pausanias, & Strabo cum Herodoto in Terpsichore tradunt. Thuriorum imperator fuit Cleandria è Sparta profugus, & huius belli causa, Siritidis amnis atq; Urbis vendicatio ferebatur. conuenere tandem vterq; populus, vt communiter habitata Tarentinorum tantum Colonia Sybaris iudicaretur, quæ non longè post Heraclea dicta & nomen, & locum commutauit. Missos alij scribunt colonos à Tarentinis Heracleam, quos prius è Siritide deduxerant. Hæc autem omnia accidisse constat post eam cladem, quam Sybaritę à Crotoniatis acceperant, ex quibus pauci admodum superstites ad Lucanorum, non admodum durissimam seruitutem sunt tracti, sed à Tarentinis iterum subacti, ac penè destructi ad Romanorum tutelam confugere, at illi mittentes pro virorum illius temporis paucitate accolæ mutato nomine Copias appellauerunt. Diodorus scribit hæc quæ de Heraclea dicta sunt, eo accidisse anno, quo Athenis præfectus erat Apseudes vnus, ac princeps ex nouem qui nobiles erant præsidibus, &

Rom.

Rom. Consi. creati T. Verginius, & Proclus Gegannius Macerinus. Eiusdē Heracleæ causa, & propter agrorum fines, vt scribunt Herodotus, & Diodorus, bellum suscipere Tarentini aduersus Messapios, quibus, & Dauniorum, & Peucetiorum Reguli fauebant. Si igitur Messapia ea est, quam Strabo depingit in Peninsula Typum à Brundisio vsq; Tarentum isthmo inclusā stadiorum decem post trecenta, verissimū erit bellum Messapium illud esse, quod Vriæ fuisse tradit Herodotus in Polymnia, & Diodorus in Iapygia. Hyriam appellat Herodotus, traditq; à Cretensibus hoc pacto fuisse conditam. Cretes cum in Sicaniam magna traiecissent classe, & quinquennio Camicum Agrigentinarum urbem obsedissent, ad extremum non valentes illam expugnare, neq; in obsidione permanere, cum fame perirent, ea relicta abiire; dumq; circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate ad orta in terram eiectione sunt, laceratisq; nauibus cum nullus in Cretam ostenderetur receptus illic subsidentes Urbem Hyriam condidit, & mutato nomine pro Cretensibus Iapyges Messapij facti sunt, & pro insularibus continentis habitatores. Adeo autem huius urbis creuerat potentia, vt totius Iapygię imperium nullo negotio fuerit ferè consecuta: at nunc eò miseriarū deuenit, vt nullus credere possit Messapiorū aliquando regiam fuisse. Sita est in Apennino, & facie inferum Mare prospicere videtur duodecim millibus passuum per continentem distans, tergo superum, vnde quindecim miliaribus recedit. Bellum gessit cum Tarentinis & Rheginis Calabriae populis, tantoq; apparatu belli prælium fuit commissum, tanto militum numero, tantisq; pugnatum animis, vt illud adhuc dicatur, nusquam antea tantum humani sanguinis tantamq; stragem accidisse. Illo (inquam) die quo prælium habitum est, tria millia hominum ex Vritanis desiderata sunt, Tarentinorum verò, & Rheginorum ne ab ipsis quidem hostibus qui super fuere, occisorum numerus teneri potuit. Rhegini vt opem Tarentinis hoc in bello præstarent Micythi cuiusdam Anaxilei famuli suasu adacti sunt. erat hic apud Rheginos vir non mediocris auctoritatis, vt qui ab Anaxileo Rege procurator ibi fuerat relictus, sed Rhegio post hac excedens Tegæam Arcadum incoluit: semper autem Tarentini societatem cum Rheginis, & arma iunxerunt, nam & Tarentinorum opibus etiam ipsi vsi sunt, quando à Dionysio seniore sunt obsessi. A Elianus etiam in varia historia narrat, quod cum Tarentini à Romanis obsiderentur, periculumq; esset ne fame ad deditionem compellerentur, Rhegini decimo quoq; die ieiunium decernentes victum Tarentinis concesserunt. Descendentibus ergo vtrisque in aciem Iapygibus (inquam) & Tarentinis atrox conseritur pugna, vbi cæsis (vt dictum est) tot millibus vix tandē Iapyges victoria potiuntur. at hostes victi, ac profligati in duas cum fugerēt partes diuersi rapiuntur. nam Tarentum pars agmine præcipiti, pars Rhegium contendunt. Iapyges confestim duo itidem agmina ad fugientium terga cæ-

ga cædenda dirigunt, alterum Tarentinos opprimere properat, qui bus cum breue spatium fugæ daretur, magna occurrentium ac resistentium multitudo cæditur. Qui Rheginis insistebant, tanta præcipites contentione sunt in se ceciderunt cum illis simul intra mænia irruerint, atq; illo impetu momentoq; sunt vrbe potiti. Decedentibus autem hostibus cum liberi essent Tarentini memores calamitatis, & periculi illius festum quotannis constituerunt, quod ieiunium appellabant, Nistiam alio vocabulo. De Vria leges plura apud Strabonem qui illam ponit in via Appia, plurima apud auctorem desitu Iapygiæ, qui præcipue immoratur in nomine vrbs huius, explicando. Non pauca in oratione, quæ Quintus Marius Corradus edidit ad ciues suos Vritanos de diuo Francisco Durracchino diuinis honoribus præstandis. Donatus tandem Cattilio, & ipse Vritanus Medicus treis præmanibus libros habet de cælo Vritano, quod inuitis omnibus, & contra quotidianum periculum defendit saluberrimum, Tarentino, Brundusinoq; (si Dijs placet) præferendum. Illud tandem adiecit Diodorus hoc fuisse bellum Menone rem Atheniensiu publicam gerente, Romanisq; Coss. Lucio A Emilio Mamercus, & Caio Cornelio Lentulo, eiusdemq; videtur meminisse Aristoteles libro de Repub. quinto: Cum eisdem Messapijs non longè post Tarentini denuo congressi victoriam nacti sunt, ob cuius memoriam equos æneos, captiuasq; scæminas Delum dono miserunt, quod in Phocicis apud Pausaniam his legitur verbis. Iam Tarentinorum equi ænei, & captiuæ scæminæ dona sunt, quæ Messapijs barbara gente finitimis suis victis miserunt. Tarentini etiam de Peucetijs barbara natione à se victis decimam Delphos miserunt: signa elaborarunt Onatas Aegineta & Calynthus: equestres & pedestres sunt imagines: Opis Rex Iapygum Peucetijs auxilium ferens, atq; hic quidem in pugna cadenti persimilis: qui verò adstant, Taras heros est, & Phalanthus Lacedæmonius, & ab eo non longè Delphinus: ante enim quam in Italiam perueniret, nauis in Criaeo mari fracta, ad litus Delphino euectum Phalanthum tradunt.

*BELLUM QVOD TARENTINI ALIAS
gessere cum finitimis Barbaris. Cap. II.*

POST Archytam ciuem & imperatorem, post paucos alios bellorum duces, de quibus supra meminimus cum nullos haberent quorum ductu sperarent post hac de hostibus victoriam, coacti sunt in discrimine bellico Tarentini ad externos confugere duces. atq; initio Archydamo Agesilai filio vsi sunt, vt scriptum reliquit Pausanias in laconicis. Traiecit Archydamus in Italiam quo tempore Tarentini bellum gessere cum finitimis barbaris, quo in bello Apollinis, cuius numen laeserat, indignatione interfectus sepulturæ honore caruit,

TARENTINOR. FORT. LIB. V.

113


caruit, quamuis multâ hostibus pecuniâ Tarentini offerret. Hos finitimos Barbaros Diodorus Siculus appellat Lucanos, quibus eundem iterum Tarentini sunt congressi: Alij ex eodè Pausania, Acheos tradunt, qui Metaponto à Samnitibus deleta, locum habitatum destitutum, hostes quidem Tarentinorum nullam aliam ob causam, nisi quia à Lacedæmonijs, quorum Tarentini coloni sunt, fuerat eieci: additur & simultatis causa altera ex Strabone: Achæi Leucippum socium legatum ad Tarentinos miserunt, vt ad diem, noctemq; locum habitationi permitterent: repetentibus autem postea Tarentinis locum, si dies erat, ad noctem se recepisse respondebant, si nox, rursus ad diem referebant: quare indignati Tarentini bellum mouere destinarunt. indignationis, quæ Apollo in Archydamum ostendit, si quis causam volet cognoscere, adeat Theopompum, ille enim scribit, quod Archydamus cum esset Phocensibus fædere iunctus, ab illis cum vxore Donicha donis corruptus Apollinis fanum diripuerat: Euenit hoc anno ab vrbe condita decimo-quarto supra quadringentesimum, quo tempore Atheniensibus præerat Charondas, Romæq; Consulatum iam inierant Caius Plautius iterum, & L. A Emilius Mamertinus, atq; Macedonia Rex Philippus Athenienses aliqua clade nitebatur deprimere. Anno deinde sequente, vel septimo post, vt supputat Paulus Orosius, Tito Mallio Torquato tert. P. Decio Mure Coss. cum Lucanorum Populi in Tarentinos coiuisent, Alexandrum Epiri Regem classe transiectum in Italiam venisse constat. Alias nec semel Tarentinus miles sub Archyta præcipue leui docuerat certamine, iram sine viribus inanem esse: fugarat (inquam) quandoq; inimicum exercitum; fugarumq; fuerat in secutus. at in nouo hoc tantoq; apparatu prudens sibi cauit, ne bellica fortuna aliquando terga suo quidem more auerteret. Accito hac de causa ab Tarentinis Alexandro, Dodonæum quod consuluerat oraculum respondit, sub monens aquam caueret Acherusiam, Pandosiamq; Urbem, ibi fatis eius terminum dari. Oraculum duobus his Græcis versibus fuit expressum folijs scribente Sybilla.

*Αἰακίδῃ προφύλαξο μολεῖν Ἀχέρουσιον ὕδαρ,
Πανδοσίαν τε, ὅτι τοὶ θάνατος πεπρωμένος ἐστὶ.*

Quo circa Alexander transit ocissimè in Italiam, vt quæ maximè procul vrbe abesset Pandosia, & Acheronte amni, quæ in Epiro ex Molosside fluentè instagna inferna accipit Thesprotius Sinus. ignarus in Italia & Urbem & fluium eiusdem nominis esse: & Iustino scribente, speras non minore in Occidente materiam Italie, Sicilia, & Africa occupandæ sibi à fortuna porrigi, quam Alexandro sororis filio in Oriente Asia, & Persiæ. Primo quidem congressu Alexandro minus obsequens fuit militaris alea: sed indignatus res sibi malè gestâ propter ingratos Tarentinorum mores obuuisse, quia sibi obtemperare noluerunt, publicum Græcorum cõuentum illius tractus eorum compulsus odio ad Thuriorum agrum traducere conatus est, qui in Herculea Tarentini soli æde antiquorum ritu celebrabatur, iussitq; ad Acalandrum amnem ædificari locum, vbi concilia fierent. Aulo Cornelio iterum, Gn: Domitio Coss. bellum Alexandrinum traxit Samnites in

tes in Lucanorū auxiliū. Hi duo populi aduersus Regē & Tarentinos, qui Regē acciuerant, dū à Pæsto excursionē facerent, collatis signis pugnā habere cruentā, sed eo certamine superior Alexander factus Romanos sibi conciliauit, cū esset incertus an à se deuicti populi fidē essent seruaturi. eo tamen tēpore cū Brutias Lucanasq; fudisset legiones; cumq; Heracleā Tarentinorum quā diximus Coloniam, quæ iam ab illis defecerat, Cosentiā ex Lucanis, cum Siponto, & Brutiorū Aceranā siue malueris Therinā sibi obsequentes subegisset; ad alias sese cum exercitu suo conuertit vrbes, ex quibus trecentas Illustras familias in Epirū obsides misit. Scribit Liuius nō paucis interitū Alexandri huius molossi sub C. Petilio, & L. Papirio Mugillano Coss. ibi cognosces vim fatorum vehementē, nam Alexander in Italia, quō se receperat, non in Epiro vnde aufererat, Acheruntē adinuenit annē, & Pandosia urbem non longē ab oppidis, quæ hodie Acheruntia, & Matera appellātur. ibidē inuenies anno eodē Alexandrū Philippi in Ægypto Alexandria de suo nomine conditā appellasse, cuius Molossus erat Auunculus Olympiæ matris frater. Adiciatur ab alijs fide dignis corpus Alexandri à Tyrijs militibus redemptū, sepulturaq; per honorificē ab eisdē traditum. scribit Strabo pluribus & ortum, & educationem eiusdem, at hæc omnia nos ex industria prætermisimus, cum nihil ad rem nostrā facere visa fuerint. narrat Iustinus ex Trogo, Appulis Alexandrū mouisse bellū, sed ab illo tandē abstinuisse, antiquitatis fata veneratus.

DE CLEONYMO SPARTANO, ET AGATHOCLE SYRACUSANORVM TYRANNO. Cap. III.



CCISO, & in aquis necato Alexandro, Brutij, & Lucani nō destiterunt cum cæteris finitimis Tarentinos infestare. vsi sunt hoc tēpore Tarentini, Militiæ duce Cleonymo Spartano, si vera sunt quæ scribit Strabo, & illius ductu atq; auspicio Thurias in Calabria urbē subegere. fuit Cleonymus magnæ apud Tarentinos existimationis, quod apertē colligitur ex Aristotelis opusculo illo, vbi de admirandis agit auscultationibus. Italiae (inquit) mons est Crysaus nomine, in quo veneni quædā species lethalis oritur, huiusmodi atq; naturæ, vt si quis ex ipso aspersus fuerit, continuò concidat, ac caluus efficiatur, membraq; totius corporis defluant. quamobrem superficiem corporis defunctorum miseratione dignam inde esse traditur. Hanc autem venenispeciem ferunt Paulum, Peucestiū, & Gaium cum Cleonymo Spartano tradere decreuissent, à Tarentinis compertos, ac de veneno interrogatos capitales penas persoluisse, hæcenus philosophus. At quoniā de Cleonymo Spartano haud plura inuenimus ad nos pertinentia præter hæc quæ dicta sunt, omisissis quæ in Pyrrho & Demetrio Plutarchus refert, ad Agathodem tota præfens se cōferat oratio. Hic Syracusis abscedens indignatus, quod honore, & dignitate


Chilarchatus

Chilarchatus auctore Sosistrato fuerit priuatus in Italiam profectus ad Brutios desciiuit, quibus cum aduersus Crotoniatis eisq; fauentes Syracusanos bellum mouit. sed eo prælio victus Agathocles fugatusq; à Tarentinis fuit exceptus quam benignissimē, vbi ob singularem quam profitebatur militaris rei peritiam, præfectura donatus est, cumq; in rerum nouarum suspicionem postmodum incidisset, dignitatem simul cum ciuitate qua fuerat donatus amisit. Agrigentini à Sosistrato ad reprimendam Agathoclis tyrannidem cohortati ducem exercitus Cleomenis Regis filium natu maximum, qui paratam in Lacedæmonia classē habebat, delegere. Is Tarentum Sparta nauigans Tarentinos cum parata quam & ipsi habebant classe ad Agathoclis expugnationem socios adscripsit, quibus cum applicuit tandem Agrigentum. Eius aduentu Agrigentini magnam primum sunt affecti lætitia, sed postea hominis vecordiam luxuriamq;, ac rei militaris imperitiam, & quod dolo Sosistratum eum coarguentem ad necem depoposcerit, Syracusani, Agrigentini, simul & Tarentini experti spretum militiæ præfectura priuarunt, lapidibusq; etiam impetuerunt. cæterū ipse eorū deluso impetu noctu cæteris ignorantibus Agrigento sua classe soluens Lacedæmonia reuersus est. & Tarentini cognito eius recessu Tarentū reuerterūt. Cætera quæ de Agathocle scribuntur, leges apud Thomam Fazellium, Trogū Pompeium, & eius abreuiatorē Iustinum, Diodorum Siculum, & Athenæum: ibi enim inuenies Agathocle huiusmodi loco, & sordido genere utpotē ignobili & figulo patre genitum Syracusarum urbis tyrannidem occupasse, cui puero post patris obitum dormienti ingens apum examen fauum mellis ad os conuolans formauit. notatur eius libido iam inde ab adolescentia, vtraq; enim venere laborauit, quare Timæus scortum promiscuum impudentissimum, & cuiq; obscenissimo expositū Triorchen à Triorche aue effrenatę libidinis appellabat, ex cuius lasciuia natum ferunt prouerbum e scorto Rex, vt in verbo Graculus legitur apud Suidam. Vno autem illo commendatur, quod in amica fortuna numquam sine fictili opere cœnasset, opesq; simul cum pauperie admiscuisset. qua de re extat Ausonij quod sequitur epigramma perelegas, quō alios ad modestiā cohortatur;

*Fama est fictilibus canasse Agathoclea Regem,
Atq; ab acum samio sape onerasse luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,
Et misceret opes pauperiemq; simul:
Querenti causam respondit, Rex ego qui sum
Sicania, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicumq; repente
Diues ab exili progrediere loco.*

Eum mortuum vxor sic lamentata & luxisse perfertur. cur non ego te? cur non tute me quoq;?

QVAE FVERIT INTER ROMANOS, ET
Tarentinos simultatis origo. Cap. IIII.



RAT in tractu magnæ Græciæ ad Zephyrium Promontorium Vrbs à Naritijs condita. ea dicebatur Locri, cuius non modo Vergilius apud Latinos meminit,

Hic & Naritij posuerunt mœnia locri.

Sed & Lilius, Solinus, Pomponius Mela, & Trogus: apud Græcos Ptolomæus ipse, Strabo, Pausanias, Stephanus, & Eusthatius. Palæpolis deinde dicta quasi vetus, vt Neapolis Noua ciuitas. Cum igitur obsideret Palæpolim Romani in eo bello quod aduersus Græcos gerebant cum Lucanis & Appulis fædere iuncti Publ: Philone Cos. cui triumphus ob partam decretus est victoriam, hac ratione sunt vrbe illa petiti. Obsessi locrenses cū iam experti essent vana atq; ludibria esse, quæ à Tarento, & Samnitibus expectarant auxilia, auctoribus Nymphidio, & Chariolo ciuibus sese Romanis sponte dedidere, leuissimum deditiois malum opinati, grauissimum si vi caperentur. Quod factum cum Tarentini rescuissent, ac si illi ita misere obsessi ab ipsis defecissent, ac non magis illos ipsi vana auxilij spe delusissent, increpare eos vt in sociatate non fortes, ira atq; inuidia in Romanos furere ceperunt, audientes in super Lucanos & Appulos iam in Romani populi fidem transiisse. His & sequentibus causis inire Tarentini consilia inuestigandæ pro ferendis discordijs viæ atq; artis, vt Lucani quos iam ad Romanos isse certo cognouerant, reuocari impelliq; ad abolendam Romanam societatem possent. Eo enim res peruenerant, vt Romani aut hostes, aut domini haberentur, discrimenq; rerum suarum in bello Samnitico, & illius aduentu verti cernebant, Hortantur itaq; primum omnium Samnites Tarentini, vt forti animo, sicut eos decebat, bellum sustineant, auxilia, & commeatus promittentes. inde subducunt Lucanorum quosdam iuuenes, qui prætio asciti clari magis inter populares, quam honesti, inter se multati virgis cum corpora nudata in ciuium catum intulissent, in media concione gembundi vociferati sunt, iussu Romani consulis se fædè caros, ac propè securi percussos, quod Romana castra ingredi ausi fuissent. Res suapte natura deformis cum speciem iniuriæ magis quam doli præferret, concitati homines illorum clamore magistratus Senatū cogere possunt, vt bellum Romanis inferatur: alij ad concitandam in arma agrestium multitudinem discurrunt, tumultuq; etiam sanos consternante animo decernitur, vt societas cum Samnitibus renouetur, & legati ad eam conficiendam mittantur. Repentina res quia vt causam nullam ita ne fidem quidem habebat, quo circa sunt à Samnitibus coacti, & obsides dare, & præsidia in munita loca accipere: cæci quidem infraude, & in ea nihil re-

hil recusarunt. Dilucere deinde breui fraus caput, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigrauerunt: & amissa de omni re potestate nihil ultra quam vt facti pæniteret frustra eis restabat consilij: & quoniam de Samnitibus facta est mentio, ridicula illa Tarentinorum legatio ad Samnites, & Romanos initio belli prædicti sequatur necesse est. Anno ab vrbe condita quadringentesimo, & trigesimo nono, cum Samnites ad Luceriam castra habentes à Papiro consule, cuius curæ delegatum fuerat bellum à collega Publio, coacti essent vt vel dimicarent vel se se dederent. per id tempus parantibus vtrisque se se ad prælium legati interueniunt Tarentini Samnitibus Romanisque denunciantes, vt bellum omnino dimitterent: per utros steterit quominus ab armis recederent, aduersus eos se pro alteris acriter hostiliterq; pugnatuos: ea Papius legatione audita perinde ac si motus fuisset eorum dictis, cum collega se communicaturum respondit, quo accito cum tempus omne in apparatu bellico consumpsisset, collocutus de re haud dubia, signum pugnae proposuit. cum interea agerent Cos. diuina humanaq; omnia, quæ quando acie dimicandum sit, agi assolent: expectabant Tarentini legati quid responderent. illis Papius qui legationem acceperat, ait, Auspicia secunda esse Tarentini, pullarius nunciat: litatum præterea est egregie auctoribus Dijs, vt videtis, ad rem gerendam proficiscimur. inde iussu ferri signa, copiasq; eduxit, vanissimam increpans gentem, quæ suarum impotens rerum pro domesticis seditionibus, atq; discordijs alij modum pacis, ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte altera cum omnem bellum remississent, quia aut pacem verè cupiebant, aut expediebat simulare, vt Tarentinos sibi conciliarent, cum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari se in Tarentinorum auctoritate manere, nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre: deceptos acie potius quod eumq; casus ferat passuros, quam vt spreuisse pacis auctores Tarentinos videantur: qua de causa Romani Cos. vallum hostium militem subire cogunt. Hic momento temporis repletis fossis, munitionibus dissectis castra miles irrumpit, caedis & ruinae omnia complens, fuissetq; hostes ad vnum obtruncati, nisi duces militem à cæde imperio, & minis reuocassent, dolere vulgò omnes interpellatam suæ iræ dulcedinem, obidq; Cos. adijisse: sed pro concione edocti sunt sexcentorum equitum, qui in hostium potestate essent, rationem haberi oportuisse, ne qui in Vrbe inclusi erant recente suorum cede irritati florem Romanæ iuuentutis crudelissimè necarent. Laudare milites quod suæ iræ itum esset obuiam, omniaq; prius ferenda existimare, quam salutem tot fortissimorum iuuenum prodendam.

INITIVM BELLI INTER TARENTINOS,
& Romanos. Cap. V.

BELLVM, quod inter Tarentinos & Romanos duce Pyrrho Epirotarū Rege maximo sumptum est, scribit Agellius fuisse anno ferè vr̄bis conditæ quadringentesimo, & septuagesimo, qua tempestate Epicurus Atheniensis, & Zeno Cittienis philosophi erant percelebres. Paulus Orosius quem post diuum Antoninum Florentinorum Episcopum assequitur Ioannes Sedennius in Hispana historia, ab hoc numero sex annos subthrait. Plinius ad annum septuagesimum secundum, nonnulli ad septuagesimum tertium supra quadringentesimum referunt. Polybius in primo dicit anno vno ante Gallorum in Italiam aduentum Tarentinos bellum cum Romanis gessisse vocato ad se Rege Pyrrho: illud animaduertendum, quod anno trigesimo quarto ante, hoc est ab Vr̄be condita quadringentesimo, & trigesimo septimo Tarentini fuerant domiti à C. Iunio Bruto Bubulco Cos. ob eam arrogantiam, qua vsi sunt Romanis & Samnitibus edicentes, vt à bello desisterent, sicut in præcedenti visum est capite: Verba Liuij apposui non multa illa quidem ex libro nono, sed attentione digna. Apulia (inquit) per domita (nam Tarento quoque valido oppido Iunius potitus erat) in Lucanos perrectum. Hæc Liuius. Indictum Tarentinis bellum fuit à Romanis, eo quod iniuria (quod ius gentium minimè patitur, neq; enim *δ' ἠπίσθησι* iuxta Græcum prouerbium *τὴν ἄρεταν, πῦρ δὲ ὑβρίσκει*) affecissent turpissima eorū legatos & fœciales ex Vr̄be missos ad res demore repetēdas, cum Romanam classē illac prætereuntē spectaculo Amphitheatri, cuius formam oīum retulisse detecta nostris diebus indicant vestigia, & quod portui ad prospectū maris imminebat, à longè visam hostiliter inuaserint, odio in illos concepto ob deuictos se se à Iunio (vt diximus) non modo Samnites, quibus cum icerant fœdus. Quinq; tantum naues Romanæ classis vix tunc per fugam sunt elapsæ, cæteras Tarentini in portum retraxerunt suum, ac profligauerunt occiso ad hæc Duum viro, qui præerat classi, præfectisq; etiã nauium singularium impiè trucidatis, & omnibus qui bello vtilēs erant recisis, reliquis pretio diuenditis. Incredibilis populi tunc florentis Tarentini superbia, qui scelus sceleri iure (vt dictum est) gentium neglecto addidit, sed verè finem fruendarū opum quibus ad inuidiam abundauerat, quæsiuit. Tanta verò legatorum fuit constantia, vt cum omnes pulsati essent, vnusq; etiã vr̄ba aspersus in Amphitheatrum (vt est cōsuetudo græciæ) introducti legationem quibus acceperant verbis peregerūt, de his quæ passi erant, conquetti non sunt, ne quid vltra ac mandatū sibi esset loqui præsumerent, intimisq; eorum pectoribus antiqui moris respectus dolore

dolore, qui ex contumelia grauissimus sentitur; conuelli non potuit. Tuncq; primum Romani aduersus Transmarinos hostes dimicauerunt, legatos suos ita vendicantes à Tarētinis pulsatos, vt alias à Fidenatibus, à Teuca Regina, à Gallis senonibus interfectos. Suidas in verbo *τρίβανος* Romanum ciuem, quem in legatione vr̄ina, siue stercore inquinarunt, Posthumium appellat, quem Tebennum cognominatum ex illo tempore tradit à Romana veste polluta, cui tebenno nomen inditum tradit à Tebenno quodam Arcade, qui primus eam chlamidem induit, cum Ionium sinum ingressus esset, & ab illius loci incolis susceptus: à quo edocti indigenæ eodem modo vestierunt, & vestem, Tebenniam vocarunt, postea nomine corrupto Tebennus dicta est. Data est prouincia Emilio Cos. qui nimis atrox paucis diebus agros depopulatus est Tarentinos. Addit diuus Antoninus, quod Romani dum secū meditarētur, qui & quāti essent hostes, necessitate coacti proletarios etiã iuuenes, qui pauperes erāt, & plebeij, ad sumēda arma, ac si militia esset tumultuaria, excitarūt. His itaq; rationibus Tarētini à Romanis bello petiti cū magnæ illotū potētiae viribus impares inferioresq; se agnoscerent, neq; tutò possent se finitimo rū fidei cōmittere, vt qui sæpe leuissimis de causis defecissent, cumq; ob innatā superbiam nobiliumq; prauitatem bellū nolent deponere, Phyrhū nobilissimum Epirotarum Regem ac Imperatorem tunc maximum ducem accersere statuerunt, vtpote inter cæteros Reges magis ociosum, rei q; militaris peritissimum. Quibus autem placuerit hæc sententia, quiq; in eam pedibus iuerint, dicam paulo post, vbi paucis docuero, quis nam fuerit hic Pyrrhus, quem in tanta aduersus Romanos expeditione accersendum magno conatu curarunt Tarētini. Erat Pyrrhus materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Pausanias in Acticis refert Alexandrum Philippi habuisse propinquissimum. si quidem Tharypus quidam à Pyrrho Achillis decimus quintus Alcetam genuit, Alcetas Arybbæ fuit pater, & Neoptolemi. Arybba natus est AEacida, Neoptolemo Olympias, hæc mater fuit magni Alexandri, AEacida pater Pyrrhi. occiso ab Epirotis patre cum ad necem & ipse quoq; infans quæreretur, furtim substractus est, & ad Illyricum delatus, & traditus Heroæ Glauci Regis vxori fuit nutriendus. Cum vndecimum ageret annum reuocatus à suis tanta virtute creuit, vt cum, sicut Cæcilius scribit, imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello cōsuluerit, ille ambiguè de more respondit,

Aio te AEacida Romanos vincere posse.

Hoc ad se dictum trahens auxilio Tarentinis contra Romanos venit. Huic tradit Aelianus per gratum fuit Aquilæ cognomen, quemadmodum Antiocho Accipitris. Accepto ab Epirotis regno sibi debito, primū in Corcyraos arma mouit, quo in bello naualibus copijs (vt Thucydides est auctor) à Tarentinis

rentinis fuit. adiutus, vt alias ab iisdem adiuti sunt Lacedæmonij ad verſus Athenienſens. metuebat Pyrrhus Corcyræorum inſulam, quam finibus ſuis ex aduerſo ſitam hoſtibus præſtatione futuram aliquando ſuſpicabatur. In Macedonia aliquando eſt dominatus pulſo Demetrio, quouſq; à Lyſimacho, inde pulſus eſt, atq; in patriam reuocatus multas ab eo clades eſt paſſus. hæc atq; alia de Pyrrho leguntur, priuſquam Tarentinis opem ferret.

METONIS TARENTINI ORATIO NE

Pyrrhus accerſetur. Cap. VI.



ONCILIO, quod Tarentini inierant de Pyrrho adducendo licet per maiores nati & grauiores reſiſteretur, eam ſententiã ciuitati maximè obſuturam perniciemq; multam allaturam clamantes, qui tamen belli gerendi auctores fuerant, in concionibus ſuffragijsq; ferendis plus potuere, ſtrepituq; & vi audiri bonos & prudentes viros non permiſere. quo in tempore quidam Meton nomine vir Vrbanus, & ea ipſa die, quã decretum de Pyrrho vocando ſciri per Populum debebat, & multitudo in concione federat, accepta corona & lâpade quaſi ebrius tibicine ducente ludibundus in concionem peruenit, vtq; ſit inturba Popolari, alijs applaudentibus, alijs ridentibus, & vt procederet in medium inuitantibus proceſſit ille ridiculus, & quaſi aliquid cantaturus aſtitit, ſed vbi ſilentium nactus eſt viri (inquit) Tarentini bene facitis qui iocari & ludere volentibus dum licet, permittitis, ſi tamen ſapitis cuncti, hac ludorum libertate fruimini antequam Pyrrhus adueniat. Nam tunc nõ noſtro, ſed ipſius arbitrio viuendum erit: Hæc verba non multos ex Tarentinis caſuræ libertatis admonitos commouerunt, murmurq; fuit per concionem laudantium approbantiumq; ſed qui Romanos timebãt, ne facta pace, dederentur formidantes, Populũ increparunt, quod ita inhoneſtè ſe deludi paterentur; & ſimul, his dictis Metonem concione propellunt, eiectõq; conſeſtim, vt in ſuam ſententiam decretum fieret, obtinuerunt. Quo firmato, oratores cum donis ad Pyrrhum tranſmittuntur non ſolum Tarentinorũ, verum etiam Italicorum, qui dicerent ſe indigere ſapienti & magnæ autoritatis viro, nam copias ſatis frequẽtis ſibi in Italia affuturas ex Lucanis, Meſſapijs, Samnitibus: equitum eum xx. peditum CCC. millia habiturum. Hæc non Pyrrhum ſolum extulere, ſed & Epirotas ipſos ad militiam adeo inclytam, & quaſtuofam promptiores fecerunt. Perſuaferant Regi Italiam toti Græciæ felicitàte præſtare, nec eſſe ſatis æquum ſe amicos, & ſupplicum more auxilia rogantes iniquiſſimis temporibus ſuis deſeri, hæc exponentibus legatis, Troiani belli euentus Pyrrho in mentem venit, ſpemq; concepit, ex animi ſententiã omnia euentura, quando ipſe ab Achille (vt diximus) originẽ ducens

ducens aduerſus Troiæ Coloniã arma eſſet ſumpturus. Scribit Ioannes ſe-
dennius auctor Hiſpanus in ſumma clarorum virorum ad Philippum catho-
licum ſimul & inuictum Regem noſtrum ſemper feliciffimum, Pyrrhum hu-
miles Tarentinorum preces reſpexiſſe, at imprimis maiorum exemplo ſua-
rum, Alexandri videlicet, quo de egimus, Molofſi, huic populo veniſſe ſup-
petias: Erat præterea & regnandi percupidis magni Alexandri A Emulatio-
ne ductus, cui totius orientis imperium contigiſſe audierat, hac ſibi occaſio-
ne à fortuna præſtita, totam ſaltem Italiam occupare ſperabat. noluit autem
(vt dictum eſt) Apolline inconſulto arina capere. ſed per hanc Apollo ſua
ambiguam conſuetudinem perurbanè reſpondit, vt è duobus quidquid ac-
cidiffet ipſe diuinus non modò verax haberetur, ait enim, vt ex Ennij frag-
mentiſ colligitur.

Aio te AEacida Romanos vincere poſſe.

Atq; ita ſiue Pyrrhus à Romanis, ſiue Romani à Pyrrho vincerentur, ſecurus
fatidicus, vtrumlibet ſpectaret euentum: ſed veriſſimum illud credi poteſt,
quod ab eodem Ennio traditur,

— ſtolidum genus AEacidarum

Belli potentes magis quam ſapienti potentes.

Nam dicto Apollinis per obſcuro in vo untatem tracto Pyrrhus pro Taren-
tinis ſtare aduerſus Romanos omnino decernit.

CYNEAE AD PYRRHVM SERMO DE

*abſtinendo ad Italiam aduentu, belloq; ſibi
gerendo. Cap. VII.*



RAT Hiſtemporibus in Theſſalia Cyneas vir magni inge-
nij, quiq; cum Demoſthenis fuiſſet auditor, in eius imitatio-
nem ſe tradens maximè vim dicendi illius aſſequi videbatur.
Hic apud Pyrrhum degens, cum ſape ad ciuitates tranſmit-
teretur, verum eſſe oſtendit illud Euripidis dictum. Omnia
conficit oratio, vel quæ hoſtile etiam ferrum conficere non poteſt. Et Pyr-
rhus ipſe dicere ſolitus erat, plures à Cynea oratione quam à ſe armis captas
partaq; eſſe Vrbes. itaq; ipſum ſemper in honore habuit maximo, uſuq;
plurimum eſt illius opera. Hic igitur Cyneas Pyrrhum ad Italiam adeo in-
clinatum cernens cum inueniſſet illum aliquando ocioſum, fretuſq; quod
aliæ ſeo familiariter eſſet uſus, in huiuſmodi ſermonem adduxit. Egregij qui-
dem bello Romani eſſe dicuntur, & multis bellicofis imperare gentibus.
quod ſi eos ſuperare nobis Dij conceſſerint, quid tunc agemus Pyrrhe: ad hæc
Pyrrhus. De re haud quaquam obſcura (inquit) ò Cynea percontaris, neq;
enim barbara nobis neq; græca ciuitas illic reſiſtere valerct, Romanis ſupera-

Q tis,

tis, sed haberemus confestim Italiã totã, cuius magnitudinem, & potentiam minime te ignorare arbitror. Parumper ergo cõmoratus Cyneas, enimvero cum Italiã cõperimus (inquit) quid tunc agemus? & Pyrrhus non dum mente eius intellecta, proxima (inquit) est Sicilia insula fœlix, & populosa, capi vero facilis ob seditiones ac discordias ciuitatũ: restẽ dicis (inquit Cyneas) sed an finis militiæ ac laborũ nobis erit Sicilia capisse? Deus modo (inquit) Pyrrhus victoriã præstet, nam his veluti præludijs vtẽmur ad res maximas cõficiẽdas, quis enim se Lybia absteineat, & Carthagine, quã nuper Agathocles clam ex Syraculis profectus exigua Classe paulo abfuit quin caperet: his autem victis nullus nobis resisteret hostis, ita est inquit Cyneas, constat enim quod & Macedoniã recuperare, & Græciæ dominari certissimẽ cum hac potetia licebit. Sed victis omnibus ac subactis, quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens ocium (inquit) agemus, & quotidiana festiuitate mutuisq; sermonibus lætitiãq; perfruemur; Cum ad hæc Cyneas Pyrrhum adduxisset, & quid ventat Rex (inquit) quo minus nũc ista lætitiã & festiuitate & ocio perfruemur? adest quippe nobis sine labore facultas eorum, ad quã per sanguinem, molestias, & pericula nostra, & aliorum peruenturi sumus; his Cyneas verbis turbauit potius Regem, quam ab incæpto retraxit, spem eorũ quẽ conceperat deponere nequeuntẽ. vterq; quidẽ parum honesta intulit, & Rex qui ocium, non beneficentiã, & cultũ iustitiæ victoriæ fructũ credidit, & Cyneas qui Regem in ocio retinere satius duxit, quam ab iniuria mortalibus inferenda auertere, quãuis alias laudabilior videri possit Pyrrhus, qui tanquã continens ac prudens præsentẽ audebat molestiã, & penã subire, vt postea diuturniora perfrui valeret voluptate. Interea Tarentini legationẽ iterarunt adiectis Samnitũ, & Lucanorũ precibus, & Pyrrhus cum esset post ictũ cũ his populis factus, intẽtus ad bellũ cũ Romanis gerendũ, excogitauit primò iactis sublicijs pontibus interuallũ Græcię atq; Italiæ ab Apollonia ad Hydruntũ cõtinuare: quod idẽ post eum M. Varro, cũ Claisibus Pompei piratico bello præfesset, retinuit, sed cum alijs Pyrrhus & fortasse maioribus præmeretur curis, cumq; Tarentini festinãdũ esse monerẽt, propterea quod Romanus exercitus cũ A. Emilio Coss. in vniuersos igni ferroq; irrueret fines, nullo sibi obuiã eunte, sed tutus omnia ad libidinẽ vastaret, plurima expugnaret oppida; iniuriã insolenter acceptam insolentius & crudelius vindicaret, ad expeditionẽ à tam memorabili auersus opera se accingit. atq; Cyneã ipsum Oratorem paucis interiectis diebus cum tribus millibus militũ Tarentum misit, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuò petit. multæ etiam rates, & omnis generis nauigia ex Tarento ad hoc idem faciendum delata sunt. ab Antiocho pecuniam petijt, quia opibus quam militibus instructior erat. à Ptolemæo Macedonum militum auxilia, sed Ptolemæus, cui nulla dilationis ex infirmitate virium esset venia, quinque millia peditum, equitum quatuor mil-

lia,

lia, Elephantos quinquaginta, quæ ex parte virium bis (vt dicitur) Romani victi sunt, non amplius quam in biennij vsũ tradidit. De his paulo aliter scribit Plutarchus: nam Elephantes viginti numero dicit ratibus super impõnisse Pyrrhum, coramq; aliquot capisse refert Pausanias in ea pugna, quam idem gesserat cum Demetrio, equitum præterea tria millia, peditum viginti millia & tria, sagittariorum duo millia, & funditores quingentos.

PYRRHI NAVFRAGIUM IN MARI IONIO,

quando Tarentum appulerit, & de caduceatore ad

Romanos misso. Cap. VIII.



OC apparatu Pyrrhus Epirotarum, Thessalorum, Macedonum; & incognitis in id tempus Elephantis nauigans, anno ab vrbe condita (vt scribit Orosius) sexagesimo quarto supra quadringentesimum, relicto Ptolemæo filio, vt Epirotarum præfesset regno decimum quintum annum agente, cum mediũ teneret Ionium rapitur vëto Borea intempestiuẽ exorto, classis per mare disiecta, nauesq; dispersæ aliæ in Lybicum ac Siculũ pelagus sunt delatæ, alias in summam Iapygiam, cum superare nequirent, nox sanul & procella in loca aspera, cæcãq; illidens omnes confregit præter regiã. Erat autem septembris, quæ post mortem Pyrrhi fuit Anibalũ Cartaginensium Ducis, & eam amisit in nauali prælio, quod gessit cum Romanis in Sicilia, & in scaphã profiliens fugæ salutis suæ consuluit. Hæc igitur nauarum & gubernatorum magnã vi aduersus ventũ impetum nitentium tandem littus versum adigitur, & dum obliquum habuit ventum, magnitudine ac robore resistebat, euadebatq; sed postquam à terra veniens procella ferire prorã cepit, ac ne fatisceret magnum erat periculum, & se mari sauienti varijsq; agitato ventis permittere terribilissimum omnium videbatur. Pyrrhus sese ex nauĩ in mare diecit, statimq; circa ipsum familiarũ amicorumq; pro eius salute fuit certamẽ, sed nox & fluctus cũ magno fragore, ac violẽtia opus difficile auxiliãtibus faciabant, itaq; vix tandẽ luce exorta vento deficiente ad terrã peruenit corpore quidẽ penitus exhausto & robore animi inuicto. Messapij in quorũ littora euaserat, promptissimẽ ad opẽ ferendã conuenerunt, & simul naues quadã ex tempestate superstites aduenere, in quibus erant equites per patci, peditũ vero circiter duomillia, elephanti duo. Paucis post diebus cũ his copijs profectus, & militibus à Cynea obuiã adductis Tarentũ expectatus intravit, quo tãto apparatu Tarentini nõ minus admirati sunt, quã gauisi, imprimis ppter Elephantos, qui nusquã in Italia ante hæc fuerãt cõspecti. Primo quoq; tempore nihil inuitis Tarentinis agere cepit, quoad nauibus ex mari feruatẽ copiã continere. Sed cum animã aduerteret populum suã sponte non seruare se ipsum,

nec seruari ab alio posse, sed tanquam illo propugnaturus domi sedere balneis conuiujsq; indulgentem, clausit gymnasia, & de ambulatoria omnia, in quibus spatiantes pro rebus verbis militabant: potus verò, & lasciuias intempestiuas inhibuit. Delectum habuit ita acrem, vt multi imperium ferre inuerti, ex vrbe migrarent seruitutem vocantes non viuere ad voluptates. Decius magius superbam appellauit Pyrrhi dominationem, & miseram Tarentinorum seruitutem: hic enim vnus fuit qui restiterat, ne huiusmodi praesidium in Vrberem acciperetur. De Pyrrhi aduentu scribit Pausanias in Aetolis, legisse se in libris non sane illustrium auctorum Pyrrhi cum alacritatem, quam in praelijs praesetulit, tum prouidentiam qua se ad futuras dimicationes comparauit. in Italiam classe transmisit, cumq; iam appulisset, non prius adesse eum Romani animaduertere, quam comissa cum Tarentinis pugna, se ille cum exercitu inopinato ostendit, factoque repente impetu, hostium (vt par fuit) agmen turbauit. Videndus etiam est Polybius in primi libri fragmentis quid fecerint Rhegini Tarentinorum, vt diximus, amicissimi audito Pyrrhi in Italiam aduentu: inuenies enim eos Romanorum opem ac praesidium postulasse, & a militibus eò per Romanos missis fuisse vrbes sua depulsos, aliasq; huiusmodi calamitates perpeffos, tandem & vrberem & agros recepisse, sed iam historię seriem prosequamur. Albinus Romanus consul magno iam apparatu aduentare & Lucaniam omnem acriter vastare nunciabatur, Albinus in Plutarcho solo legitur. Eutropius, Lucius Florus, Plinius, Sabellius, Orosius, Sigonius, Lium secuti P. Valerium Leuinum Cons. tradunt à Romanis ad hanc expeditionem tunc missum: quin & ante hunc Leuinum aduersus Tarentinos ab alijs compluribus ducibus bene pugnatum legitur, recensetur in his L. Aemilius Barbula, cum Q. Marcio Philippo in capitolinis triumphis: Hoc audito nuncio Pyrrhus, quamquam non aduenissent sociorum copiae omnes, indignum tamen ratus tollerare hoc, cum exercitu obuiam proficiscitur, verum praemisso non multis millibus passuum caduceatore ad Romanos, si vellent ante bellum, se iudice, & mediatore cum Tarentinis de iure causam decerni, responso autem à Cons. dato Romanos nec elegisse Pyrrhum iudicem, nec hostem formidare, tunc progressus inter Pandosiam vrberem Heracleamq; castra posuit. Cumq; audiret Romanos transfumen Syrin castra habere; non longè ab ipsa Heraclea secus Amniam ipsum speculandi gratia obequitauit, ordinemq; & formam castrorum, custodias, & disciplinam admiratus Romanorum, hac (inquit) barbarorum disciplina barbara non est, sed opera eorum videbimus. Eutropius & eum secutus Blondus sentiunt non ipsum Pyrrhum explorasse, sed alios à se missos, qui capti à consule Leuino per castra ducti sunt, cumq; vidissent omnem exercitum, dimissi sunt, iussi vt quaecumq; à Romanis geri vidissent, Pyrrho renunciant. Explorato igitur, vt cumq; fuerit, perlustratoq; exercitu, ipse de futuro

sollicitus


sollicitus expectare socios, quos ex naufragio perdidetat, statuit: aduersus autem Romanos si forte Amnem Syrim transire tentent, stationem opposuit: at Romani, vt ille expectare decreuerat, sic ipsi praenire festinantes transire ceperunt flumen: haud vno tamen vado pedites equitesq; sed pluribus simul locis: itaq; metuentes Graeci ne circumueniretur, se retraxerunt. Et Pyrrhus vt haec sensit, turbatus pedestrum copiarum ducibus mandauit, vt confestim armatos milites in ordinibus continerent, ipse autem cum tribus millibus equitum profectus est, sperans transeuntes ad huc & sparsos sine ordine Romanos inuasurum, accessuq; suo in ripa adhuc tumultuantes conturbaturum, ac vbi clypeos multos proflumine stantes, equitesq; in ordine obuiam prodire conspexit, primus omnium in hostes medios delatus, armis atq; ornatu egregie insignis gloriam, ac famam virtutis suae rebus ipsis asseruit. manus enim, & corpus exhibens praelio, & contra hostes fortiter pugnans prouidentia tamen boni ducis non omittebat, sed vbiq; auxilio opus erat accurrens, rectis consilijs bellum gubernabat. In ea pugna Leonatus Macedo virum Italicum conspicatus intentum, semperq; contra stantem, & simul sequentem, cernis (inquit) Rex barbarum illum, quem niger equus pedibus albis portat? Is magnum quidam agitare in animo videtur, nam te solum intuetur, & tibi soli intendit, & Pyrrhus adhuc, fata quidem à Leonate nemo potest effugere, verum enim vero nec iste, nec alius quisq; hostium in manus nostras venisse gaudebit, adhuc loquebatur, cum Italus citato equo infesta hasta Pyrrhum inuadit, non tamen Regem percussit, sed equum, & simul à Leonate ipsius equus percucitur, ambo in terram ceciderunt, sed Rex à suis protectus asportatur, in aliumq; recentem equum cum subito conscendisset ad pugnam est reuersus. Italus verò pugnantem sua virtute infelix confoditur. Erat hic genere Ferentanus, praefectus turmae nomine Eplacus: hoc periculum admonuit Regem magis cauere.

DE ERRORE EX ARMIS REGIS CON-

cepto: de Romano exercitu fugato: de numero occiso-

rum: & de Pyrrhi animo ob victoriam

elato. Cap. VIII.



OST haec Pyrrhus nihilo ad pugnam segnior, cum equites animaduerteret impetum ferre non posse, phalangem in super accitam opposuit. ipse clamide & armis vni ex amicis Megadi traditis atq; illius assumptis incognitus ad praelium reuertitur. Resistentibus autem acriter Romanis diu anceps fuit praelium, septies enim dicuntur pepulisse, ac pulsi esse vtrinq; omnibus mortu intentis, & fuga neceis, nam permutatio armorum quae ad salutem Regi

plurimum

plurimū contulit, paulominus rem subuertit victoriamq; hostibus præbitit. Certatim enim ad cædem eius, qui arma Regia gestabat, concursus est, sed ante omnes Dester quidam nomine illum prostravit, clamydeq; & calside de tracta se Pyrrhum occidisse clamitans, & spolia ostentans ad consulem properauit. Erat ob hoc Romanis lætitia, Græcis verò secordia atq; formido, ita vt parum abfuerit quin in fugam se conuerterint, donec Pyrrhus intellecta re per aciem discurrens nudo capite se militibus ostendit. Decreuerat inde iā aufugere tanto hostium impetui non resistere posse animaduertēs, cum equis Romanorū ob Elephantes conterritis, ac fessores inde auferentibus, ac plurimos excutiētibus immissus à Pyrrho equitatus Romanos qui semper vincere consueuerunt, non absq; Epirotarum, & Tarentinorum sanguine, & consule in primis in fugam conuertit, cum præsertim nox quæ iam aderat prælio finē dari suaderet. Orosius non beneficio noctis tantum pugnae finem impositum tradit, verum etiam quia Minucius quartæ legionis primus hastatus protentā in se manum bellæ gladio defecuit, & conturbatam dolore vulneris auerti bello atq; in suos seuire cōpulit eiusq; immoderato discursu perturbari ac permisceri ceperunt. Huius Minucij Lucius florus adhuc meminit, sed accidisse hoc scribit non in primo, sed in secundo post Asculum prælio, quando belluarum terror iam exoleuerat. Hæc autem victoria adeptus est Pyrrhus plus gloriæ quam lætitiæ, sed plurimum prouentus: nam multæ ciuitates defece- runt à populo Romano ad ipsum & in primis locrenses qui occiderunt omnes Romanos milites qui vrbs præsidio erant. Quot autem in utroq; exercitu fuerint militum millia desiderata certa ratio non est. Dionysius non multo pauciores quindecim millibus ex Romanis cecidisse scribit. Hieronymus autem tantum septem millia, ac mille, & octingenti capti in hostium potestatem venere, quos Pyrrhus postea liberaliter dimisit. Ex his autem qui cum Pyrrho erāt Dionysius tredecim millia, Hieronymus pauciores quatuor millibus cecidisse tradit, optimos quidem ex amicis, & Ducibus, & quibus maximè vtebatur, fidebatq; Pyrrhus eo prælio amissos. Orosius aliter videtur sentire Romanorūq; ostendit relatum cecidisse peditum quatuordecim millia octingentos octoginta, captos mille trecentos ac decem: equites autē cæfos ducetos quadraginta duos & captos duos, & octigētos, signa amissa duodecim. At quantus numerus, è diuerso sociorum Pyrrhi fuerit extinctus memoria traditum non esse dicit, maximè quia scriptorum veterum mos est ex ea parte, quæ vicerit, occisorum non commemorare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris, nisi forte quum adeo pauci eadunt, vt admirationem, terroremq; virtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima Persici belli congressione apud Alexandrum magnum fuit, cui inter quadringenta fere millia hostiū interfecta nouem tantummodo in exercitu eius perditos defuisse referuntur. Pyrrhus finita pugna cum Romanos aduersis vulne-

ribus


ribus occisos, truciq; vultu mortuos iacere videret, sublatis ad cælum manibus quam facile (inquit) erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis. Amicis præterea gratulantibus quid mihi, respondit, cum tali victoria, vbi exercitus robur amittam. quin cladis atrocitatem hoc in bello exceptam Dijs suis, hominibusq; testatus est affigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo hæc scripsit.

*Qui ante hac inuicti fuere viri, pater optime olympi,
Hos ego in pugna vici, victusq; sum ab iisdem.*

Et cum à socijs increparetur, cur se victum diceret qui vicisset, respondit, ne ego si iterum eodem modo vicerō, sine vllō milite Epirum reuertar.

DE EO QVOD PYRRHVS FECERIT FUGA-
tis Romanis: illorum exercitus augetur: legatio Cynea:

auctoritas Appij Cæci. Cap. X.



OSTRIDIE Pyrrhus castra cœpit Romanorum, quæ noctu fuerant à Coss. fugato deserta. spolia etiam ex cœlo collegit hoste: vrbes sociorum aggressus, ac regionem multam, totamq; tementem Italiam, Campaniam, Lirim, Fregellasq; populatus eò processit, vt trecentis nō amplius stadijs Roma cum exercitu ab esset. Eutropius memoriæ tradidit ad Præneste post Campaniam deuastatam venisse decimo octauo ab vrbe lapide, cuius trepidæ oculos fumo ac puluere impleuit. interea Lucanorum, Brutiorum, Samnitū copiæ, vt in legatione acceperat, ad eum venere, quos licet de tarditate reprehenderit, tamen gaudere & magnificare videbatur, quod ipse cum suis & Tarentinorū duntaxat copijs magnum Romanorum exercitum superasset. Possem ipse sentire, quod non venissent, nisi de subita victoria cognouissent, inuidebant siquidem omnes populi Romano iam tum præclaro nomini, & expertas toties vires pauescabant. Romani Leuinum Coss. non reuocarunt, quamquam dicatur Fabritium dixisse non Romanos ab Epirotis, & Tarentinis, sed Leuinum à Pyrrho superatum: arbitratus ob hoc non victum exercitum, sed ducē à duce superatum. Hæc antequam fierent scribit Orosius miserabilem belli cladem grauioribus monstis auctam accumulatamq; per sensisse Romanos: nam Pabulatores forte progressos velut hostilis quædam oborta tempestas cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus exculsit, quippe triginta quatuor eorum idem turbo prostravit, duodecim femines relictis, iumenta exanimata, & capta quam plurima vt meritò contigisse non signum vastationis futuræ, sed vastatio ipsa referatur. Scribit Suidas grammaticus Romanos in hoc bello cum pecunia indigerent, Iunoni pro pecunia

cunia comparāda vota fecisse: illa eos admonuit, vt iustitiā armis vterentur, ita enim pecuniam eis nūquam defuturā: facti deinde voti compotes Monētā Iunonem adorarunt, atque in eius rei memoriā nomisma moneta in scriptum in templo Iunonis asseruandum dedicarunt. Supplemento exinde habito, & insuper amplificato militum nūmero, nulla mentio pacis, id quod Pyrrhus expectabat, a Romanis facta est, hęc res Pyrrhum in admirationē conuertit, visumq; est, vt prior ipse ad eos mitteret, & experiretur, an pacē vellent, etenim existimabat non esse præsentiā suā urbem Romam capere posse: rursus post partā victoriā amicitiam, & pacē fore sibi per gloriōsam: Missus itaq; Cyneas a Rege legatus cum primoribus ciuitatis locutus est. Traditur etiam postquam venerat Romam die senatum introisse, atq; ibi antequam initium inchoaret orationis, omnes ordines proprijs salutasse nominibus. Erat quidem huius viri admirabilis memoria vt Hipprie, Se necæ, Cyri, Simonidis, & aliorum circumfertur: dona etiam Pyrrhus Per Cyneam ipsis principibus neq; non illorum vxoribus transmittenda curauit, quippe qui cupiebat, vt qui suam cognouerant in re militari virtutem, cognoscerent, & liberalitatem: nemo autem accipere dignatus est, sed responderunt viri, si pax publicē fieret, se & sua omnia Regi offerre, scribit etiam Alianus mulieres respondisse præclara quidem esse dona, & digna eo qui misisset, sed gestare illa sibi esse nefas. In senatu multa præclara & humaniter dicta sunt a Cynea, cum & liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendam Italiam populo Romano Pyrrhus offerret, ac pro his nihil aliud, quam amicitiam sibi, Tarentinis securitatem postularet. Et constabat senatores ad pacem inclinari victos iam semel magno prælio, & secundam Pyrrhi victoriā ob superadditas Itatorum copias metuentes: cum Appius Claudius vir nobilissimus quidem, cæterum senectute & orbitate oculorum post Censuræ functionem a Reip. muneribus cessans, auditis ijs quæ a Rege annunciabatur, ac rumore obtinente, senatum pacem esse decreturum, tollerare non potuit, sed in curiam se deferri iussit. Iatus igitur in lectica per forum vbi ad ianuā curiæ peruenit, filij, simul & gener suscipientes ipsum, stipantesq; in senatum duxerunt, factum est silentium ad præsentiam tanti viri; ille autem vbi suo constitit loco ita dicere est exorsus. Antea quidem patres conscripti, hanc meam oculorum fortunam permolestè ferebam, nunc autem doleo atq; angor quod non vltra cæcitatem ipsam furdus etiam sim, ne turpes consultationes ac sententias vestras, quæ huius vrbs gloriam subuertunt, audire cōpellerer. vbi est enim illa iactantia, quam crebro verbis vsurpare soletis affirmantes, si magnus Alexander in Italiam profectus nobiscum adolescentibus, aut cum patribus nostris tum florentibus conseruisset bellum, nequaquā eum nunc vt inuictum gloriam habiturum, sed aut fuga, aut morte sua maiorem huic vrbi gloriam, nomenq; relicturum fuisse? Hanc igitur insolentiā verbo.

verborum nunc rebus ostendite: Chaones & Melosfos, qui semper Macedonum præda fuere, & Pyrrhum Regem eorum formidatis vnum ex Alexandri satellitibus, quem semper secutus est ac coluit, & nunc non magis Tarentinis Auxilium ferens, quam hostes domi fugiens in Italia versatur ausus profiteri principatum in Italia cum hac potentia, quæ ad paruam Macedoniae partem conseruandam sufficere non valuit. Non itaq; hunc remouebitis, si amicum feceritis, sed alios inuitabitis per contemptum nostri, quasi superare nos facile sit, si Pyrrhus abibit, ne dum pena non data eorum quæ contra nos fecit, verum etiam mercede accepta fæderis eo auctore cum Tarentinis Samnitibusq; recipiendi. Hęc Claudij verba ad studium belli omnes consilio immutato traduxere, quod bene exponere videtur Ouidius in fastis.

Appius est auctor, Pyrrho qui pace negata

Multum animo vidit, lumine captus erat.

Cuius orationem Cicero appellat volubilem, sed paulo feruidiorem, quem eundem dicit in tanto cæcitate casu neq; priuato, neq; publico muneri defuisse, & Ennius vt totam historiam, ita hanc Appij orationem fuit versibus complexus.

Quo vobis acies mentis, qua stare solebat,

Antehac, dementi tendit se flectere paci?

Cum igitur omnes in huius senis pedibus essent sententiam, Cynea dimisso responderunt, Pyrrhus Italia excedat, tunc si volet de amicitia ac societate verba faciat, quoad verò esset in armis, populum Romanum aduersus eum belligeraturum etiam si mille Valeros leuinos pugna superasset. Dicitur Cyneas interea dum hæc in senatu agerentur, cognoscendi cupiditate moribus, ac institutis Romanis studiū impartisse, atq; ea de re cum optimis viris locutus Pyrrho postea retulisse cum alia multa, tum senatum Romanum multorum Regum sibi congressum videri, talesq; illic omnes ferè senatores, qualis vnus ipse Pyrrhus apud Epirum, & reliquam Græciam putaretur. de multitudine populi formidare se subiiciens, ne aduersum quandam lernæam Hydram pugnare videantur, supra duplum enim plures quam antea pugnassent consuli decretos, & multiplices etiam ex ijs, qui arma terre possent, su peresse.

DE ROMANORVM LEGATIONE, ET CAII

Fabrij virtute: quomodo Pyrrhum commune fecerint:

Et de mutuis donis. Cap. XI.

RERSVASIT Marcus Iunius Romanis cum in Senatu essent, vt ad Pyrrhum in Heraclea cum exercitu cōmorantem legati pro redimendis captiuis mitterentur, quibus missis & auditis respondit Rex

R testatus

testatus Deos se cum Romanis de gloria & imperio non Mangonum more negotiari, propterea pretium non accepit, hanc quidem præclaram sententiam Regi; integritatem ita expressit in Annalibus Ennius.

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,

Nec Cauponantes bellum, sed belligerantes

Ferro, non auro vitam cernamus utriq;

Vos ne velit, an me regnare heræ, quidue ferat fors,

Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum.

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,

Eorundem me libertati parcere certum est,

Dono: ducite: doq; volentibus cum magnis Dijs.

Inter legatos autem Caius Fabritius fuit, qui cum audisset Romanos à Pyrrho victos ad Labienum conuersus Pyrrhus (inquit) non Epirotæ neq; Tarentini vicerunt. Huius à legatione reuersus Cyneas retulerat maximam apud Romanos mentionem haberi, vt viri boni quidem atq; bello egregij, cæterum vehementer pauperis. Huic Rex seorsum blanditus, vt pecuniam ab se caperet suadebat, non ob aliquam turpem causam, quam proposuisset, sed ob amicitia, & hospitalitatis signum, quamuis non desint, qui tradant, quartam regni sui partem promisisse, vt à Romanis deficeret, & ad se transiret, remittente autem Fabritio tunc quidem plura dicere, ac tentare destitit. Post tridie verò volens illum terrere, vtpote qui nunquam antea elephantum vidisset, iussit dum simul loquerentur, maximum elephantum post aulam iuxta se constitui, ac deinde subito aulae sublata elephas ex improviso conspectus proboscidem super caput Fabritij extulit, ac vocem terribilem asperamq; emisit. at Fabritius tranquillo conuersus, leniterq; arridens inquit, necheri aurum, nec me hodie bestia permouit. In cæna autem apud regem acta cum multi ac varij sermones incidere, pleriq; verò de Græcia, ac de philosophia, fortè euenit, vt Cyneas Epicuri mentionem faceret, memorans ea quæ ab Epicureis dicuntur, de Dijs immortalibus ac de Rep. vt nonnulli finem bonorum in voluptate ponentes curam Reip. fugiendam senserint, vtpote falicitatis corruptionem: Deos autem à gratia atq; ira longissimè remotos, nec vllam de nobis curam suscipientes in ocio, vitam, & plenam voluptate conijcere. etiam ipso dicente Fabritius exclamat, ac vtinam (inquit) hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint, quam diu aduersus nos bellum gerunt. His & alijs rationibus mentem viri Rex admiratus magis ac magis optabat, pacem quam bellum cum Romanis habere, & Fabritium priuatim rogauit, vt facta pace vna secum esse vellet, primus amicorum & ducum suorum futurus. ad hæc Fabritius submissa voce fertur respondisse: at ne hoc quidam tibi o Rex

condu

conducit, illi enim ipsi qui te nunc admirantur & colunt, si me experiantur, à me potius quam à te regi optabunt. Pyrrhus non tyrannice, neq; superbe Fabritij verba suscepit, sed quata magnitudine animi ille foret ad amicos protulit, & captiuos illi credidit soli, vt si non decerneret pacem senatus, postquam cum parentibus, ac domesticis saturnalia peregissent, ad eum remitterentur, atq; ita factum est: & post festiuitatem aduentus non redeuntem pena mortis per senatum decreta. Scribit etiam Eutropius senatum iussisse, vt omnes captiuos quos rediderat Pyrrhus, haberentur infames, quod amati capi potuissent, nec ante eos ad veterem statum redituros, quam sibi notorum hostium occisorum spolia reportent. Caius Fabritius legatus paulo post, & Q. AEmilius Coss. & interiecto anno facti, cū in castris essent, iam iam cum hoste congressuri, medicus Pyrrhi nocte ad Fabritium venit promittens veneno se Pyrrhum necaturum, si sibi aliquid pollicerentur. Hunc Fabritius vinculum reduci ad dominum iussit, Pyrrhoq; dici, qui contra caput eius medicus spondidisset, Tunc Rex admiratus dixisse fertur, ille est Fabritius, qui difficilius ab honestate, quam sol à suo cursu conuerti posset. Democari huic medico nomen fuisse tradunt, addentes non illum venisse sed literas ad consules dedisse. Valerius Antias furtim eum venisse scribit, remq; ad patres à consule delatam, atq; publicè legatos ex vrbe ad Regem missos, qui eum commonerent, vt ab insidijs suorum sibi caueret, nulla Democaris interim mentionem ad regem facta. Claudius Quadrigarius non Democarem, sed Nicæam id pollicitum prodidit, neq; legatos à senatu missos, sed literas à Coss. ad Pyrrhum datas, quia Fabritius collegam AEmilium adduxerat, vt hoc agerent detestati iniuriam serui medici, extat literarum exemplar iuxta Quadrigarium apud Agellium, Coss. Romani salutem dicunt Pyrrho Regi. Nos proptis iniurijs animo strenuè statim commoti inimiciter tecum bellare studemus, sed communis exempli, & fidei ergò visum est, vti te saluum velimus, vt esset quem armis vincere possimus. Ad nos venit Nicæa familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret, site clam interfecisset, id nos negauimus velle, ne ob eam rem quicquam commodi expectaret, & simul visum est, vt te certiores faceremus, ne quid eiusmodi si decidisset, nostræ consilio ciuitatis putarent factum, & quod nobis non placet pretio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu nisi caueas, iacebis. Plutarchus haud breuiore exemplo literas nonnihil ab his diuerso datas refert. C. Fabritius, & Q. AEmilius Coss. Pyrrho Regi salutem. Neque amicorum. neq; hostium fortunatus existimator esse videaris, cum hanc epistolam ad nos missam legeris, tum satis cognosces te bonis quidem & iustis viris bellum inferre, in malis verò, & iniustis confidere. Hæc autem non tui gratia tibi significamus, sed ne mors tua calumniam afferat, quasi virtute nequiremus, te dolo superare contenderimus. Pyrrhus his literis lectis medicum sceleris conuinctum (facile enim id facere poterat, quoniam

R 2 filij

filij sui pocula in conuiuio Regi ministrarent) merito supplicio affecti, ac laqueo suspendi iussit. captiuosq; sine pretio, vt beneficij suscepti id hostimentum esset, populo Romano restituit; rursusq; Cyneam misit pro pace firmāda. At Romani nec gratias ab hoste, nec mercedem accipere volentes patrem Tarentinorum, atq; Samnitum captiuorum numerum Pyrrho remiserunt, neq; enim infidias Pyrrhi gratia indicasse, sed ne viderentur Romani, vt dictum est, dolo necare; perinde atq; si aperte haud possent. De amicitia verò, & pace nihil agi denuo permiserunt; priusquam Rex ipse cum armis atque exercitu, cumque his quas secum ex Græcia duxerat naues, ex Italia nauigasset.

SECUNDA PYRRHI, ET ROMANORVM PV-

gna apud Asculum: accersitur Pyrrhus à Siculis vt Carthaginenses effugaret: Tarentum tandem remeat. Cap. XII.

ANNVS secunda huius pugnae inter Pyrrhum & Romanos fuit iuxta Eutropij tempora quadringentesimus ab Vrbe condita ac septuagesimus quartus, quo fuisse constat Coss. P. Sulpitium, & Decium Murem, sed in Cronologia Liuianae historiae Carolus Sigonius asserit, hoc anno fuisse Coss. Iterum C. Fabritium, & Q. Æmilium, anno autem superiore praedictos Sulpitium, & Decium, quod si ita est priorem dicemus fuisse pugnam in qua Orosius Fabritium legatum vulnere ictū exponit; & exinde Medicum Fabritio Cof. pollicitum Regi se venenum daturum. Miror etiam in epitomis Liuianis nusquam legi nomen Sulpitij, & Decij. Apud Glareanum in anno praedicto 474. Coss. ponuntur P. Sulpitius Auerrio .P. Decius Pyrrhicus, in sequenti C. Fabritius Luscinus iterum, Q. Æmilius Papula iterum. priore anno fuit habita oratio contra Pyrrhum ab Appio Caeco, sequenti verò gestum fuit praelium, quo de aginus. sed haec alij viderint, sequar ipse quod plures scribunt ratus minus esse errare cum multis, faciliusque veniam mereri. Pacem igitur hac ratione Romanis abnegantibus Rex bellum exequitur cum Pu. Sulpitio, & Decio Coss. apud Asculum in Apulia, vt sentire videntur Plutarchus, & Lucius Florus: haec vrbs ducali nostris temporibus dignitate insignitur, cuius meminere non pauci scriptores: Appianus Alexandrinus in primo L. Florus in bello Tarentino, Strabo in Geographia recenset Asculum Piceni appellari, quia & Pelignorum est Asculum. Locum autem hunc refert idem esse munitio- ne praualidum, cui & murus, & circumstantes montes super eminent. Plura de hoc oppido leges in Blondi Italia. Dicebatur ab antiquis Satrianum Asculum, & Plinius appellat nobilissimam Piceni Coloniam. in ea pugna, quæ

quæ ad hanc Urbem coepta est fieri, compulsus Rex ad loca aspra, & flumen graue multoque limo abundans, cum Elephanti impetum nullo modo sustinere possent, multis vulneribus, & magna suorum caede vsque ad noctem dimicauit, nox praelium diremit. Postridie verò siue, vt alij, triduo post æquioribus structa acie locis, & asperioribus saltibus praesidio occupatis, missisq; inter Elephantos iaculatoribus, ac sagittarijs, denso agmine Romanos inuasit, addit Iulius Frontinus iuxta Homericum versum; quo pessimi in medium reciperentur, ita Pyrrhum milites disposuisse, dextro scilicet cornu cū Samnitibus Epirotas, sinistro Brutios atq; Lucanos, at in media acie eos collocauit omnes, qui inuiti pugnabant, equitatum & Elephantos in subsidijs esse mandauit: contra verò Coss. optime suis in cornua diuisis equitibus, legiones in prima acie, & in subsidijs collocarunt, & his immiscuerunt auxilia, sed neq; à loco, vt pridie, adiuti aqua planitie contra frontem venientes, cum priusquam adessent Elephanti, pedites profligare properarent, grauius aduersus Sarissas cum gladijs pugnabant nulli labori parcentes: vulnerando ac cadendo hosti intenti nullam prorsus rationem habebant. tandem post longum tempus dicitur fuga Romanorum militum ex ea parte, qua Rex premebat hostes fieri caepta, sed plurimum Elephanti suo robore atq; audacia perfecerunt, cum non possent Romani solita virtute vt, sed quasi violentia cuiusdam superuenientis fluctus, ac terremotus in fugam compulsi, fuga verò non longa, sed in castra fuit. Addit ad haec Paulus Orosius, Elephantos congestis in belluas pilis, vibratisq; in turres facibus, in ea pugna vulneratos atq; in fugam conuersos: deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitatos exitio etiam suis fuisse caesa idem Orosius vult in ea pugna fuisse quinq; millia Romanorum, de exercitu verò Pyrrhi viginti millia prostrata, siue dimidia pars exercitus amissa, vt scribit Iulius Frontinus: Regis insignia ablata tria & quinquaginta, Romanorum vndecim amissa. sed haec res varie traditur. nam praeter ea, quæ dicta sunt, Hieronymus, cuius testimonio & auctoritate vt plurimum nititur Plutarchus, sex Romanorum millia eo praelio cecidisse tradit. à Pyrrho autem in regijs commentarijs relatum esse dicit, tria millia & quingenta quinq; fuisse desiderata. Dionysius tamen nec duas ad Asculum pugnas, nec superatos refert Romanos, ac semel duntaxat vsq; ad solis occasum pugnatum, vix tandem praelium diremptum vulnere, cum Pyrrhus hasta brachiū transfixus, siue humero faucius à Satellitibus in armis suis fugientium postremus referretur, & impedimenta Samnites diriperent. dicitur Pyrrhus in recensendo numero militum suorum dixisse, si alia item pugna Romanos ita vicerimus, omnino perijmus: maxima enim militum pars, quos secū aduexerat cum amicis ducibusq; ferè omnibus interierant. & praeterea nulli erant, quos denuo vocaret. Romanis verò quasi ex fonte quodam abundantissimo tam celeriter castra replebantur, vt ne superati quidē remittebāt animum

animum, sed magis ad prælium incēdebantur. His peractis in Siciliam Agrigentorum, Syracusanorum, & Leontinorum legatio Pyrrhum auocauit. nam cum Carthaginenses classe in Siciliam inuasissent, post Agathoclis Tyranni obitum, cuius erat Pyrrus ipse gener, & ex cuius filia Helenum & Alexandrum susceperat, omnes ferē Græcinoimnis vrbes ad vastitatem redegerant. sub idē tempus ad eum ex Græcia legati venēre, qui nunciata Ptolemæi Cerauni à Gallis cum exercitu trucidatione immanissima, ab Seleuco regnum Macedoniae ademptum, pro ipsis Macedonibus auxilia magnis ab eo precibus implorabant. dum itaq; Rex quēreretur duabus his legationibus aduersus Fortunam, quod plurimum ac magnarum rerum occasiones in vntum idemq; tempus concessisset, cum duobus simul officijs fungi nequiret, consulto ad Siciliam, vtpote materiam rerum grandiozem propter propinquitatem Libyæ afferentem conuersus est, statimq; Cyneam Thessalum misit, ciuitatibus vti consueuerat, suo nomine præfaturum. sed vt non prius ad Tarentinos venit, quam reliquisset custodem sui regni Ptolemæum filium quindecim annos natum, ita noluit in Siciliam prius nauigare, quam præsidium, cui Helenum alterum filium præfecit, apud Tarentinos reliquisset, Alexandro, quem tertio susceperat, in longinquæ expeditionis solatia asportato, cui postmodum Locrorum curam dedit, quæ vrbs cum multis alijs regionis illius primò in prima se dederat pugna. at Tarentini, & si cæteras ciuitates valido firmasset præsidio, grauius id ferebant, postulabantq;, vt aut aduersus Romanos bellum gereret secum vnà, qua de causa venerat, aut qualem acceperat vrbes, talem relinqueret. sed nullo ad eos benigno responso facto Tarento decessit. iubens vt quiescerent, & tempus expectarent. Congressus in Sicilia cum Cathaginienfibus victoriam primò summo cum honore assecutus illorum potentiam domuit, adductis secum Tarento peditum triginta millibus, equitibus verò quingentis supra duo millia cum viginti nauibus. Ingressus Syracusas totius tunc insulæ caput, Theonis, & Sostrati principum Syracusanorum suffragijs Rex Siciliae sicut Epiri est appellatus: Ciuitates, quæ fidem præstiterant Cyneæ facundia, illi statim se dedunt, cæteræ vel vi, vel viatro in deditioem quoq; sunt receptæ. Erycem postea & natura, & magis Pœnorum præsidijs firmatam vrbes cum ingenti exercitu subita oppugnatione aggressus, ludos Herculi si ea potiretur, vouit. inde scalis ad mœnia admotis omnium primus muros conscendit, plures ex resistentibus in præceps deiecit, plerosq; gladio transfixit, ipse illæsus terribili, ac atroci aspectu hostem præformidine ab armis cessare cogens vrbes expugnat, quam adeptus Herculi votum, spectaculumq; ex omnis generis ludicris insigne celebravit. Sed in victoria quæ natura insolens, & superba est, non eum se exhibuit, quem præstiterat. Qua re his successibus, & rerum magnitudine elatus Heleno filio Agathoclis nepoti Siciliae veluti auito, Alexandro verò Italiae regno de-

stinato,

stinato, cum non benignè, sed imperiosè, ac superbè ciuitates premeret, contra cōsuetudinem furmitij in quo egregiè mitis, ac placidus, nulliq; molestus fuerat, de populari Tyrannus factus ingratitude ac perfidiæ notam contraxit. quin & Theonem virum principem, per quem non modo Syracusanorum vrbes, sed per plures etiam alias ciuitates adeptus fuerat, interfici iussit. Idem de Sostrato proculdubio facturus, nisi fuga salutem sibi ille redemisset: qua ratione aduersus ipsum Siculorum odia exarserunt, ac statim alia ciuitates, quæ Pyrrho se antehac dederant, Carthaginienfibus contra quos classem instruxerat ingentem, alia se Mamertinis coniunxere. Cernens igitur defectiones, & conspirationes contra se initas Pyrrhus, & Siciliam veluti nauem vi agitatam ventorum tenere nequiret, & non sine ignominia eam relinquere cogere, per oportune ad dedecus celandum literis Samnitum, & Tarentinorum acceptis, quia vix resistere bello poterant, & ferè suis exclusi regionibus auxilium rogabant, occasionem hinc arripiens abeundi ex Sicilia, quasi non metu nec rerum Siculatum desperatione, sed opitulatiois causa recessit Tarentum velis remisq; ad nauigans. fertur cum abiret classe, quam contra Lybiam parauerat, Siciliam respexisse, atq; ad amicos conuersus dixisse, o quantam, & qualē Carthaginienfibus, & Romanis pro hac insula relinquimus Palastram. Barbaris in ipso recessu insultantibus, Carthaginienfibus verò nauali prælio in ipso portu laceffentibus, compluribus ex nauibus suis, quæ ducuntur erant numero, amissis, in Italiam remeauit. Mamertini etiam è vestigio terrestri itinere abiq; Romano duce soli per se cum per Calabriam in secuti, extremum eius agmen in locorum angustias coniecerunt; atq; à tergo & à lateribus adorti duobus eius Elephantis prostratis, plures circum eos milites occiderunt. Vnus autem præcæteris ferox barbarus procero corpore, & splendidis armis superba voce Regem in singulare certamen protocabat. at Pyrrhus ob hæc irritatus, ira q; acensus, & fædatus sanguine (nam graue acceperat vulnus in capite, cum maximo impetu in acie irrueret) truciq; aspectu terribilis in pugnam redijt, & barbarum illum consecutus ita caput percussit, vt vi ictus ex virtute gladij vsq; ad partes inferiores plaga descenderet, caderentq; hinc inde diuisa corporis partes. Hoc Barbaros continuit, ne amplius prosequerentur, quasi supra humanam vim Pyrrhum admiratos contreritosq; inde quod reliquum erat itineris secure profectus locros ad filium se contulit Alexandrum, Crotone euerfa, pecuniãq; Proserpine per derisum raptam, cum diceret intempestiuam religionem superstitionem esse, & opes cogere sine labore prudentiam, aduehere tentauit, quam Pleminius legatus pauco post annorum numero interiecto spoliasse traditur, sed ea naufragio relata est. Ad quod facinus pessimi, & sceleratissimi quidam impiorum, & nefariorum dogmatu Epicuri, sectatores Pyrrhi amicissimi illum mouerunt, & eos tradit Suidas fuisse Euegorum Theodori, & Balacrum

Balaerum Nicandri, & Dinarchum Niceæ filios: Tarentum inde peruenit peditum viginti, equitum tribus millibus secum adductis, statimq; optimo quoq; ex Tarentinis delecto aduersus Romanos qui tunc in Samnio castra habebant, contendit. Superati multisiam prælijs Samnites speq; simul cum rebus amissa, simulq; ob navigationem in Siciliam aduersus Pyrrhum infensius minus frequentes ad eum venerunt.

**TERTIVM, ET VLTIMVM BELLVM IN-
ter Tarentinos, & Romanos per Pyrrhum, & de eius
ab Italia recessu. Cap. XIII.**



SPEREMAM cum Pyrrho & Romanis pugnam omnes referunt Historici, quorum Principes sunt, Plutarchus, Lilius, Iustinus, Orosius, Eutropius, Valerius Flaccus, Cicero in Cato-
nic, & in oratione pro Murena, auctor libri de viris illustribus, & Valerius Maximus: ac nos maiore ex parte quod & fecimus hucusq;, Plutarchum in vita Pyrrhi sequimur, alijs tamen non despectis. Quia etiam alij omnes tradunt, atq; vltimum fuisse annum, ex quo Pyrrhus ad Italiam aduenerat, quo cum Coss. Curio Dentato congressus in Arusinis campis victus est, & in fugam conuersus, sed historiae ordinem aggregiamur. Pyrrhus omnibus copijs, quæ octoginta millibus peditum, equitu verò sex millibus constabant, bifariam diuisis, & partim in Lucaniam missis, vt alterum Consulem Lucium Cornelium Lentulum demorarentur, ipse contra Marcum Curium Dentatum quart: Consulem apud Beneuentum castra habentem exercitum duxit. Curius verò quod & collega aduentum expectabat, & simul Augurijs bellare certantibus pugnam, vt poterat, detrectabat, è diuerso festinans Pyrrhus eum opprimere priusquam collega aduentaret, fortissimiq; militibus, & bellacissimis Elephantis delectis, noctu castra ex superiore loco aggredi contendit. Longam & Syluis densam viam euntem lumina defecerunt, & in errorem delapsus vsq; ad matutinum tempus est: Orta exinde die ab Romanis conspicitur de montibus descendere. Primo itaq; trepidatum est in castris, sed tamen peractis sacris, necessitate cogente, Curius castra egressus primos inuadit, eosq; in fugam vertens omnes conterruit, vt etiam complures ibi caderent, & multi Elephantes caperentur. Hac victoria Curium extulit, vt ad æquam descenderet pugnam: prodiens itaq; in apertum, signaq; conferens, partim hostes in fugam conuertit, partim & ipse cum suis bestiarum impetu ad castra repulsus est. At milites præsidio castrorum relictis, qui frequentes pro vallo stabant, à Coss. vocati, impetu de superiore loco facto belluas in fugam per suos retrouertere coegerunt. Hac res victoriam Romanis tradidit, & simul principatum, nam gloriam quasi insuperabiles

perabiles ex illa victoria nacti, confestim Italiam, & paulò post Siciliam subegerunt, ex copijs Pyrrhi castra tradit Orosius triginta milia, capti autem sunt mille & trecenti: Eutropius ea die castra scribit hostium viginti tria millia. addit præterea Orosius rationem victoriae: nam Romani assueti iam, vt supra scriptum est, cum belluis pugnare, cum malleolos stupa inuolutos, oblitosq; pice vncis insuper aculeis tenaces præparassent, eosq; flammatos in terga belluarum turresq; vibrarent, non difficile furentes, ardentescq; belluas in eorum excidia, quorum subsidia fuerant, retorserunt. Curius in consulatu triumphauit tertio, nam primò triumpharat de Samnitibus, & iterum de Sabinis: primus Romanus Elephantes quatuor duxit, laudatusq; abstinentia, quippe nihil omnino ex præda regia, qua exercitum, atq; urbem ditauerat, attigit: Hic est ille M. Curius qui Samnitibus legatis cum ipse in foco rapas torreret, magnum auri pondus publice offerentibus respondit, malo hæc in fictilibus meis esse, locupletibusq; imperare, quam ipse fieri locuples. Hic est ille Curius de quo in sexto Aeneidos tam sublime cecinit latinus Homerus.

*Ille triumphat a Capitolia ad alta Corintha
Victor aget currum, cassis insignis Achiuus.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenae,
Ipsumq; AEaciden genus armipotens Achillis
Ultus auos Troia, templa & temerata Minerua.*

Hic est ille Curius de quo in bello Gotico tam honorificentissimè scribit Claudianus.

*Sublimi certe Curium canit ore vetustas,
AEaciden Italo pepulit qui littore Pyrrhum.
Nec magis insignis Marj Pauliq; triumphus
Qui captos nives Reges egere quadrigis.
Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincula Iugurta,
Et quantum gemina fessum iam clacæ fugarit:
Post Decij lituos, & nulli per uia culpa
Pectora Fabricij donis inuicta vel armis,
Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.*

Nullus (inquit Florus) pulchrior in Urbem, aut speciosior intrauit triumphus quum ante hunc diem nihil, nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisset: Tum si captiuos aspiceres, Molossi, Thessali: Macedones, Brutius, Appulus, atq; Lucanus: si pompas, aurum, purpura, signa, tabula, Tarentinaq; delicia, sed nihil libentius populus Romanus conspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis belluas,

quæ non sine sensu captiuitatis, summis ceruicibus victorum equos sequebatur. Fuit auctore Onufrio infastis hic triumphus, mense Febuario, anno ab vrbe condita, CDLXXII. atq; idem ponit de iisdem Tarentinis triumphasse prius Lu. A. Emilium Barbula, VI idus Quinctilis, anno CDLXXIII, cuius rei solus Verrius Flaccus meminit. atq; idibus Decembribus Caium Fabricium Luscinum anno CDLXXV. de cuius triumpho idem Verrius agit, & Cic. in L. Pisonem. refert idem Onufrius solius Flacci Verrii testimonio natus Spurium Caruilium Maximum de Lucanis, Brutijs, Samnitibus, Tarentinisq; triumphasse anno CDXXCI. & eodem anno meminit Lucij Papyrii cursoris: qua victoria tradit magnam Italiae partem in potestatem populi Romani redactam, victis praesertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulo ante Gallis Senonibus, & Etruscis. Quæ ipse potui apud scriptores fide dignos obseruare, vel meis, vel illorum meo verbis recensui, in ceteris satis visum est, vel eos tantum citare, vel eorum libros & capita signare, atq; ostendere per me iam non stetit, quin & in singulis idem facerem: sed me Pyrrhus Italia recessurus expectat. Rebus itaq; Tarentinorum, & Pyrrhi vehementer attritis ac perditis, de fuga (quia sibi aliter per Romanos, & sine pugna minime licitum speraret) ipse Rex tale capit consilium. Legatos cum literis ad Asia Reges, ipsi quoque Antigoni misit, ab alijs pecuniam, auxilia ab alijs, ab ipso Antigono utrumque, exposcens, cum vero legati reuersi literas reddidissent, Epirotarum, & Tarentinorum principes in concionem vocat, ibi quas acceperat literas non recitauit, sed propediem affutura auxilia affirmavit. cum percrebuisset igitur fama, in Romanorum etiam exercitu, & Macedonia, & ex Asia magna Pyrrho auxilia aduentare, nihil illi noui moliri ausi sunt. Pyrrhus vero ea, quæ consecuta est nocte, ad Epiri montes, quæ Ceraunia vocantur, classe transectus est. per hunc itaq; modum Italia, Siciliaq; decidit Pyrrhus rex (vt solus sentire videtur Plutarchus) annorum curriculo in illis absumpto, & rebus quidem attenuatis, sed animi robore in victo. famam ex eo bello nactus, quasi peritiam rei militaris, & fortitudine atq; audacia plurimum in tot suæ ætatis Reges præcelleret. sed quæ possidebat spe illorum, quæ nondum habuerat, deperderet, nihilq; eorum quæ ad tuendum iam parta attineat, conseruaret. itaq; assimilauit illum Antigonus lusori, qui & multa, & bene iaceat, sed cedentibus vti nesciat. De Pyrrho quam plurima iterum essent dicenda, sed quoniam ex abundanti videri possent dicta, præmittam subditurus tamen Scaligeri de illo Epigramma.

Robore nulli, nulli animis, nulli arte secundus.

Magno ter tanto maior Achille meo.

Veras quero acies, & veri praelia Martis.

Qui petat imbelles in alumnus esse domi.

Aut

Aut totum, aut nihil. at paruum nihilominus, illud

Dedecet AEacidas, progeniemq; Iouis.

Nolim exprobetur tenuis victoria Pyrrho,

Vinci a Romanis Vincere penè fuit.

Hæc satis videbantur superq; sufficere ad huius libri absolutionem, nisi vnum occurrisset ex Cronologia Caroli Sigonij subiungendum de iisdem temporibus captiuitatis Tarentinorum, & de Pyrrhi in Italiam aduentu, & ab illa recessu, quod ideo apposui, quia aliquantò diuersus est Sigonius ab Onufrio, & lector quem velit in hac re habeat auctorem. Cum Tarentinis antè bellum quam cum ceteris est initum, anno (vt Plinius refert) ab vrbe condita quadringentesimo septuagesimo secundo, cum illi classem Romanam dirripuisent, & legatos Romanorum, qui ea de re missi fuerant questum contumelijs affecissent. Bellum autem cum Pyrrhi Epirotarum Regis, & Brutiorum, & Samnitum societate, in decimum vsq; annum est protractum, Sp. Caruilio L. Papyrio Cos. quo anno Tarento a Romanis capto Tarentinis pax, & libertas est concessa. triumphasse autem de Tarentinis, & Brutijs C. Fabricium anno CDLXXV. C. Iunium CDLXXVI. Q. Fabium Gurgite c d l x xvij. Triennio post C. Claudium de vtrisque Sp. Caruilium, & L. Papyrium anno c d l x x j. pluribus verbis in fastorum consularium commentarijs demonstrat, tu lector illum consulas, iam ego libro finem impono, hoc altero tantum quod sequitur adiecto. Quid sibi velit Eusebius in cronico, dum dicit Milonem Romanis Tarentum tradidisse, illosq; Calabriam Messanamq; tenuisse anno mundi 4925. declaratur apud Iulium Frontinum lib. 3. cap. 3. quod Papyrius cursor Cos. apud Tarentum Miloni, qui tum praesidio Epirotarum urbem obtinebat salutem ipsi, & popularibus si per illum oppido potiretur, pollicitus est. quibus praemijs ille corruptus persuasit Tarentinis, vt se legatum ad consulem mitterent, à quo plena promissa ex pacto referens in securitatem oppidanos resoluit, atq; ita inuestoditam urbem cursori tradidit. Hoc autem euenisse conijciendum est non multo post discessum Pyrrhi ab ea regione.

Finis Quinti Libri.



D E
**ANTIQUITATE, ET VARIA
 TARENTINORVM**

F O R T V N A

L I B E R S E X T V S.

IOANNE IUVENE EORVM CIVIS
 A V C T O R E.



**DE FAEDERE INTER TARENTINOS ET
 Carthaginienses icto. Cap. I.**

TARENTINI post Pyrrhi discessum, domesticis ut antea viribus diffisi ad Carthaginiensium opes per legatos confugiunt: hi punico ingenio Tarentinis operantur, classemque suam auxilio misere. Quae sane res mirum in modum, ut par erat Romanis displicuit, nam inter eos & Carthaginienses iam inde a Pyrrhi bello, foedus erat quartum, ut L. Florus tradit renovatum, sed tertio ut Polybius legitur enim, quod eo ipso tempore, quando ad Pyrrhum legati Romanorum venerat pro captivis redimendis, Mago Dux Carthaginiensium, Asdrubalis atque Annibalis pater cum CXX. navium classe & foedere iam inde ab eiectione Urbis regio nomine cum illis icto in auxilium Romanorum venit. Is Curiam ingressus aegre Carthaginienses dixit ferre, quod bellum in Italia a peregrino Rege, atque ab externis militibus illatum haberent, missumque ob eam causam ut socios auxilio iuaret. Unde gratiae actae sunt Carthaginiensibus a senatu hac bona voluntate, non tamen accepit oblatum auxilium. Sed eodem tempore idem Mago ad Pyrrhum diuertit Afrorum fugacitate usus, ut populo Carthaginiensi Regem conciliaret, ne in Siciliam transire posset, ad quam verebatur Mago Regem aspiraturum. Addit Polybius tunc temporis renovatum tertio foedus inter Carthaginienses & Romanos his conditioni-

ditionibus. Si cum Pyrrho foedus percusserint, curato uterque populus, ut auxilium alteri ferre liceat, quibus bellum inferretur. Si Carthaginienses socii, ut Romanorum auxilium implorabunt, navigia praebent ad traiciendum belligerandumque. Si Romani socii, ut Romanorum postulabunt, mari Carthaginienses opitulantur: in terram vero ut descendant nemo compellitur. Suis quisque stipendia soluit. Censet Orofius hunc annum societatis Tarentinorum cum Panis aduersus Romanos fuisse quadringentesimum & septuagesimum quintum, alijs quinque adiectis octuagesimus est. Neque aduersus Tarentinos solum esse bellatum, sed & Samnites, Brutios, ac Lucanos. nam ex tabulis Capitolinis cognoscitur, de his omnibus triumphasse Coss. L. Papium Cursorem, & Sp. Carvilium Maximum: plerique testantur a Fabio Licinio, & C. Claudio Coss. praelio Tarentinos superatos & cum illis Carthaginienses, qui etsi nondum hostes aperte sunt indicati, vinci tamen se a Romanis posse senserunt. Anno etiam quarto & octuagesimo post quadringentesimum dato iterum aduersus Romanos Tarentinis auxilio cum a Senatu perlegatos arguerentur, turpissimam rupti foederis labem praesumpto accumulante re perituro, quin & ipsi de Romanis conquesti sunt, propterea quod cum Hierone Syracularum Rege societatem iniissent. Ad Panos etiam defecere Tarentini cum his populis: Atellanis nempe, Calatinis, Hirpinis, magna Appulorum parte, Samnitibus, praeter Petellinos, Brutijs omnibus, Surrentinis, Metapontinis, Campanis, Neapolitanis, Crotonensibus, locrisque, quando Annibal. pugnavit ad Cannas cum A. Emilio Paulo, & Terentio Varrone Coss. Hanc defectionem tradunt fuisse tertiam, non contenti pace & libertate, quae ceteris in bellis fuerant a Romanis donati. Erant tamen sub Romanorum ditione, sicut videre est apud Polybium, qui recensens copias, quae Senatu populo Romano adiunctae erant, Tradit in Sicilia, & circa Tarentum duas legiones praesidij causa constitutas, quarum singulae habuerunt peditum quatuor millia & ducentos, equites vero, ducentos tantum. Et tunc praecipue hoc fecere Romani, quando viderunt Sempronium ab Annibale devictum: Etenim timentes ne ad Urbem Romanam victor Panus permearet, parare novas copias, auxilia in Siciliam ac Sardiniam mittere, Tarentum & cetera Italiae oppida munire, quinquaginta & quinque remium classem aedificare, omni denique studio ad bellum intendere. Quin & ante devictum Sempronium viginti quinque naues M. Valerio datae sunt quibus oram maritimam inter Brundisium ac Tarentum posset tutari. quo quidem tempore legati a Philippo Macedonum Rege ad Annibalem missi (quorum princeps Xenophanes dicebatur felix in mendacio struendo, ut qui maxime) vitarunt portus Brundisium ac Tarentinum, quia custodijs navium tenebantur Romanorum, ac ad Laciniae Iunonis Sacellum in terram egressi sunt: coacti, postea & paulo post Romani illorum astutia detecta viginti quinque alias, quae paratae erant, naues

naues superioribus addere, vt tutius totam Italiae oram maritimam ab Ostia praecipue vsq; Brundisium possent custodire, & in ipsa Macedonia Regis Philippi sententiam explorare, an foedus cum Annibale esset initurus.

TARENTINI QVIDAM IUVENES AN-
nibaldi promittunt sui populi societatem.
Cap. II.



POST Cannensem cladem acceptam ad Pænos Græcorum ferme omnis ora defecit, non tamen omnes populi simul. nã anno trigesimo post quingentesimum defecerunt Locrenses cum Crotoniatis. tertio anno post Tarentini cum Metapontinis quæ res ita se habet. Annibal cum Auernum venisset in animoq; haberet occupare Puteolos, ad lacum Auerni quinq; Tarentini iuvenes ex ijs quos partim ad Trasymenum lacum, partim ad Cannas ceperat, domumq; dimiserat eadẽ vsus comitate qua aduersus omnes Romanorum socios, memores beneficiorũ eius, referunt perpulisse magnam Tarentinae iuuentutis partem, vt Annibalis amicitiam & societate habere mallet, quam populi Romani. addentes ad hæc legatos se ab suis missos, rogare Annibalem, vt exercitum propius Tarentum adinoueat, futurum enim, vt si signa eius, si castra conspecta à Tarento sint, haud mora vt se dedent. in potestate iuniorum plebem, in manu plebis reu. Tarentinam esse. læto quidẽ animo Annibal hos audiuit, ac collaudatos oneratosq; ingentibus, vt par erat, promissis dimisit, domumq; ad cœpta maturanda redire iubet, seq; in ipso tempore affuturum cum exercitu esse. ad hunc modum Tarentinis iuuenibus dimissis ingens ipsum cupido inceserat Tarenti potiundi: Urbem esse videbat cum opulentam & nobilem, tum maritimam & in Macedoniam oportunè versam, Regemq; Philippum, à quo legati fuerant missi, hunc portum, si transisset Italiam, cum Brundisium Romani haberent nihilq; ipse inde speraret, petiturum. Eo ipso tempore descenderat (vt diximus) ad lacum Auerni, per speciem sacrificandi, re tamen ipsa vt tentaret Puteolos, quiq; ibi praesidio erant. Sacro igitur perpetrato, ad quod venisse finxerat, peruastatoq; agro Campano vsq; ad Miseni promontorium, cum frustra tentasset Puteolos capere, Neapoli pulsus, & Nola, qua potiri speraret à plebeis occultè accessitus, Tarentum ad certiores prodicionis spem proficisci motis castris pergit, cum maxima omnium, quacũq; ierat, clade. in Tarentino agro pacatum incedere agmen iussit. nihil ibi violare, neq; vsquam via excedere, cogitans ita conciliare sibi posse Tarentinorum animos. Cæterum cum prope iam mœnibus accessisset, nullo ad conspectum primi agminis vt rebatur, motu facto, castra ab vrbe ferme passus est mille metatus.

ANNI-

ANNIBAL A TARENTINO AGRO CA-
stra mouet, & defectio quando fieri capta.
Cap. III.



TARENTVM triduo antequam Annibal ad mœnia accederet, à M. Valerio propraet. qui elãsi ad Brundisium praerat. P. Valerius legatus missus, is primorum iuuentute conscripta, dispositiq; ad omnes portas, circaq; muros, quã res postulabat, stationibus, die ac nocte plurimum intentus, neq; hostibus, neq; dubijs focijs quicquã praebuit ad tentandum: sicq; diebus aliquot frustra ibi absumptis, Annibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Auerni adessent, aut ipsi venissent, aut nuncium literasue mitterent, vana promissis, & se temere secutum cernens, castra inde mouit. Tum quoq; intacto agro Tarentino, quamquam simulata lenitas nondum profuerat, tamen spe labefactandæ fidei hatid abstinens, Salapiam tendit, vbi hyemare constituit, fecitq; Pænus locum ipsum meretricio amore insignem. eeq; frumentum ex agris Metapontino & Heracleensi comportat: iam enim media æstas exacta erat, & hibernis placebat locus. prædatum inde Numidae Mauriq; per Salentinum agrum, proximosq; Apulia salus dimissi, vnde Cætera præda haud multum, equorum gregis maximè abacti: e quibus ad quatuor millia domanda equitibus diuisa. Et sequentem restatem in agro consumpsit Tarentino, in casum tamen, sed spe per prodicionem vrbis Tarentinorum potius, de non abiecta ipsorum autem Salentinorum ignobiles, quæ multa erat, vrbes ad eum citra vllum Numidarum, quos miserat, negocium defecerunt. Mox Tarentinae Vrbs defectio ita initium sumpsit, causa deforis illius maturandæ interueniente, Phileas Tarentinus, diu iam per speciem legationis Romæ cum esset, vir inquietum semper gerens animu, & qui minimè ocium (quo rum diutino senescere videbatur) solius erat pati, aditum sibi ad obsequios Tarentinos inuenit. Custodiebantur in arrio libertatis minore cura, quia nec ipsis nec ciuitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquijs sollicitatos, corruptis ædituis duobus, cum primis tenebris custodia eduxisset, ipse comes occurreritineris factus profugit. Luce prima vulgata est per urbem fama, emissiq; qui sequerentur à Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. deducti in Comitio virgis, populo id probante, cæsi de saxo deiecitaur. Huius atrocitas pænæ duarum nobilissimarum ciuitatum in Italia Græcarum animos irritauit tum publicè, tum etiam singulos priuatim, vt quisq; tam foedè atq; immaniter interemptus aut propinquitate, aut amicitia cõtingebat. Ex ijs tredècim fetè nobiles iuvenes, inter quos primi quinq; Tarentini coniurauerunt, quorum principes Nico & Philomenus erant. Polybius

bius addit Tragiscum, quem multi insigniére Caij prænomine, quod frequens erat Tarentinis, & per illud Brutum, terrenum & colonum hominem designabant. siquidē ^{via} terra est, vade ^{vias}, & ^{vias} deducuntur. quod si Tragiscus ex nobilibus erat, credi non idcirco non potest ita fuisse nominatum, nam & illis diebus erat agricultura apud eos, qui ex prioribus erant ciuitatū.

DE SIGNO, QVOD ANNIBALI IUVENES

coniuurati dederant pro aperiendo ostio.

Cap. IIII.



ONIVRATI adolescentes, priusquam aliquid mouerent, colloquendum cum Annibale rati, principio siue per speciō venandi, siue excursions facturi vrbe egressi ad eum proficiscuntur, & cum haud procul à Castris Carthaginiensium abessent, ceteris sylua propē viam sese occultantibus, Nico & Philomenus progressi ad stationes, comprehensiq; nihil dicētes, neq; vrde, neq; qui essent, sed hoc solum significantes velle se ducem conuenire, ad Annibalem ducti sunt. illo ipsos admodum propenso animo ad colloquium admittente, excusant & partem & se, & simul Romanos multis ac varijs modis excusant: ne præter rationem ad huiusmodi causam egredi viderentur. Cum igitur & causas consilij sui, & quid pararent, exposuissent, Annibal eas & colaudauit, & accessum eorum comiter accepit: deniq; a se sic dimittit, vt cito ad se redeant, seq; rursus conueniant, in presenti vero iubet, vt priora ex iumentis emissis, & hi vna cum illis, vbi longius à castris essent, abacti, confidenter dimitterentur. se namq; curaturum ea quæ securitatis essent. Hoc autem ob id faciebat, vt sibi accessum adferendum res iuuenum pararet, & illis fidem apud ciues popularesq; facerent, quasi ab ipso imperatore ad latrocinia excutissent, vrbe egressi. Cum id autem, quod iussus erat, fecisset Nico, Annibal erat animo grato & hilari, propterea quod hæcenus ægrè cōmodum poterat perficiendi negocij nancisci occasionem. Philemon verò magis adhuc propositæ causæ inhiabat, quia & securus datus erat accessus ad colloquendum, & Annibalem animo inuenerat propenso, & præterea sufficientis comitatus copiam suis dandam esse fidem ab illo acceperat. Tum partim inito pacto, partim comitatu prospere succedente non modò fidem faciebant Tarentinis, sed & emulatores habebant non paucos. Postea secundo excurrentes, & consimiliter singula exequentes fidem Annibali dederunt ipsi, & rursus ab illo acceperunt, quod videlicet Carthaginienses Tarentinos liberòs reddere, nec vestigialibus aut tributo villo in loco grauare, nec aliquid aliud illis imponere, ne præsidium quidem vellent. Romanorum vero ædes & diuersoria, si vrbe potirentur, Carthaginiensibus diripere liceret.

Deinde

Deinde & illud paciscuntur, quod custodes, vbi ad Castra venirent, ipsi in promptu acciperent. Quibus factis, potestatem acceperunt frequenter accedendi & colloquendi cum Annibale, nunc velut ad excursionem, nunc quasi ad venationem ciuitate egressi. His ita ad futurum compositis, plures quidem occasionem obseruabant, Philomenum verò venationi deputarunt. Etenim propterea quod ei rei supra modum studebat, putabatur nihil inuita melius facere posse, quàm venationi incumbere. Quapropter huic id muneris occasione capiendarum ferarum exequendum iniunxerunt. primum vt Caium Liuium ciuitati præfectum (huic Liuius M. Liuium Macatum, Cic. M. Liuium Salinatorē appellat) deinde eos, qui vestibulum portarum, quas Temenetidas vocant, custodiebant, sibi deuinciret. erant portæ Temenetidæ, sitæ fortasse, qua parte erat Lucus ^{temenos} enim Græcis lucus est. Hic accepta hac commissione, quædam ipse venando exequabatur, quædam ipsi per Annibalem parabantur. Ipse continuo feras captas afferebat, & earum alias Caio, alias custodibus vestibuli portarum, vt portam ipsam Rhinopylam dictam Greca vocē, qua posticum siue posticulum significatur in promptu aperirent, frequenter enim noctu per illam, metum hostium prætexens ingrediebatur & egrediebatur. Cum verò eiusmodi consuetudinem Philomenus apud custodes portæ comparasset, vt sine vlla hæsitacione, quotiescunq; noctu ad murum accedens indicium fistulæ dabat, Rhinopylam ipsi confestim referant. obseruantes Romanum præfectum, cuius domus ad portam erat, quandoq; ad Musæum foro vicinum cum pluribus (vt solebat) iturum, ipsum illum diem Annibali deputant iuuenes coniuurati. Finxerat Pœnus, quod agrotaret, ne Romanis in solarium viderent, si plusculum temporis illis locis immorari ipsum audirent: at tum etiam, cum vicinus esset status dies, magis infirmitatem simulabat, abstinebatq; à castris per totum triduum, vel quatrimum via, qua Tarentum itur, qua ratione Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant, suspecta esse iam segnis mora eius delicerat. Cæterum vbi tempus adfuit, circiter mille viros corporis agilitate & animi confidentia excellentes, tam ex equitibus, quam expeditibus delegit, illisq; mandauit vt quatuor dierum comitatum quisq; secum haberet. Liuius auctor est, decem millibus peditum atq; equitum electis quarta vigilia noctis signa mouisse Annibalem. moturus ergo castra sub crepusculum matutinum festinanter proficiscebatur. octoginta verò ex Numidis delectis equitibus in mandatis dedit, vt exercitum triginta stadijs præcederent, & in vtraque que itineris illorum locorum partes excurrerent, nequis totum exercitum cōspicari posset. sed vt alij interciperentur ex fugientibus, alij verò qui euaderent incursionem à Numadibus fieri in ciuitate nunciarent. Cum autem Numidæ stadijs quasi centum absent & viginti, cœnam parant ad fluium quædam præruptum, & qui ægerrimè videri potest: & collectis ad se ducibus

T

clare

clare significat, quid conaretur. & ingenue hortatur, primum velint cuncti dextros sese viros prestare, quod nunquam ipsis maiora premia proposita essent. deinde ut quisque suos milites in itinere sub se retineant, & cohibeant, & acriter increpent eos, qui prorsus suum locum transgredi prauariciamque velent. postremo ut animum adhibeant ad ea, quae praecipuntur, nec quicquam proprio arbitrio extra iussa moliantur. Sed eodem fere tempore Tarentum fama peruenerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremque late agrestibus iniecisse. ad quem nuntium nihil ultra motus praefectus Romanorum, quam ut partem equitum postero die luce prima iuberet exire ad arcem dum populationibus hostem. Interea adeo nihil obedienter curatum est, ut contra pro argumento fuerit illa procuratio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non mouisse.

ANNIBAL PORTA TEMENETIDA Tarentum ingreditur. Cap. V.



ANNIBAL sic duces exercitus sui allocutus, principium professionis facit, cum esset adhuc caligo ad hoc contendens, ut in eos circa noctem in tempestem adueniret, & praeventem habens Philomenum, cui & Synagrum ad constitutum usum addiderat. Et Caio Liui Romano praefecto cum sodalibus in Museo comoranti, cum iam potandi studium prope ad summum inter illos incaluisset, nuntiatur Numidas ex occidentis partibus regionem totam inuadere, ille cogitans quid faceret, ut illos deprimeret, aduocatis ad se ducibus mandat, ut dimidia equitum pars sub matutinum egressa crepusculum hostes regioni incommodum inferentes reprimerent. Hoc enim erat quod potissimum de tota causa coniectare tunc posset. At qui cum Nicone & Tragisco erant, ubi tenebras ingruiisse perspexerunt, cuncti intra Urbem collecti, ne Liuii reditus facilis esset cum suis obfuerunt. Cum igitur properare exurgerent, alij ad quendam praescriptum intra se locum accedentes illic permanent. alij vero Caio obuiam eunt, iocantes ac ludentes intra se, & quasi eos qui in conuiuium fuerunt reducturos se simulantes, imò magis velut alienari, propter temulantiam eorum qui cum Liuiio erant, mox atque congressi essent, utrinque risus oritur & ludus incontinens, deinde reflexi domum reducunt Caium. ille vero quiescit temulentus, sicut solent, qui totos dies bibunt, nihil praecipuum aut graue habens in animo, sed plenus gaudio & socordia. Nicon vero & Tragiscus receptis ad se adolescentibus diuiserunt se in tres partes, & habita obseruatione, accessus fori opportunissimos occuparunt, ne quid eos, vel eorum quae extrinsecus acciderent, vel quae in ipsa ciuitate fierent, lateret. Appropinquant autem & ad Domum Caij, certe futurum scientes, ut si qua suspicio eius, quod Liuiio euenturum erat,

oriretur

oriretur, primum illum fore conficiendum, & quicquid gereretur, initium ab illo sumendum. At sicut saepe post reditum a conuiuijs accidere solet, cum iam tumultuatio illa summam transisset, & multitudo plebis sopita iaceret, ac noctis progressu spes propositi integra maneret, tum congregati ad executionem procedunt. Erat autem adolescentibus pactum & conuentio cum Carthaginensibus Annibalem oportere, cum ad ciuitatem venisset, circa *μηνύειαν* id est mediterraneam regionem ad latus Orientis, & ad portas quas Temenetidas vocant, ignem in tumulo accendere, qui a nonnullis Hyacinthi, a quibusdam Apollinis Hyacinthi, tumulus appellatur. Eos vero, qui cum Tragisco erant, ubi hoc ita fieri vidissent signo per ignem dato respondere vicissim, quo facto Annibalem ignem extra ciuitatem accensum extinguere, ac pedetentim appropinquare ad portam. Hisce ita constitutis, iuuentus, quae intra urbem erat, cum eam ciuitatis partem transisset, quae habitabatur, venit ad monumenta mortuorum. pars enim Orientalis ciuitatis Tarentinorum plena erat monumentis, quia mortui etiam num omnes intra moenia apud eos iuxta vetus quodam oraculum sepeliuntur. ferunt enim Deum per oraculum significasse, satius illis ac melius fore, si cum pluribus habitent. illos vero sic se quam optime iuxta oraculum habituros putare, si mortuos quoque intra moenia secum retineant ideoque illos ad hunc usque diem mortuos suos intra muros sepelire. Iuuentus igitur (ut ad rem reuertamur) ciuitatis cum ad hunc Pythonicum tumulum peruenisset, quid esset futurum expectabat. Appropinquante autem Annibale, & quod constitutum erat faciente, mox atque ignem qui cum Nicone & Tragisco erant, prospexerunt, animum sumentes rogam accensum & ipsi intus ostendunt. ubi vero Annibalis ignem extinctum rursus prospiciunt, cursu & studio ad portam properant festinantes, quia volebant eos, qui cum Annibale erant omnino praenire, occisis primi vestibuli custodibus propterea quod se ad ingressum componentes Carthaginenses segniter ac pedetentim proficiscebantur, cum autem successu potirentur, & custodes iam antea capti essent, alij alios occidunt, alij vectes infringunt. Portis prope ac in tempore apertis, accedunt ij, qui cum Annibale erant. incessu sic commensurato vsu, ut sine vlla protractione ciuitatem ingrederentur, ingressum autem iuxta propositum securum, & sine tumultu consecuti putantem se iam maximam conatum suorum partem perfecisse, ipsi quidem confidenter ad forum accedunt per eam plateam, quae a profundo ducit. equites vero intra muros relinquunt haud pauciores numero duobus millibus, quos illic subsidij gratia esse volebant, cum aduersus ea, quae extrinsecus superuenire poterant, tum contra alios incertos casus, qui in eiusmodi conatibus plerumque euenire solent, cum ad loca foro vicina venissent, exercitum in platea sistunt.

T 2 PHILO-

PHILOMENVS PORTA ALTERA IUXTA
consuetudinem ingreditur. Cap. VI.



PHILOMENVS verò sollicitus quomodo suas quoq; partes commodè exequeretur, foris expectabat. Non enim cum ignem accendissent ad eam partem accurrerant, & Philomenum suum habentem in Phetro, & Libyes vna secum circiter mille extra portam vicinam miserant, volentes secundum id quod initio propositum fuerat, non simpliciter ex vna tantum spe sed ex pluribus, hanc causam exequi. Philomenus verò cum ad murum secundum consuetudinem suam appropinquasset, mox atq; ad illum accessit, aderat confestim custos ad Rhinopylam descendens. illo extra portam dicente, vt properè sibi aperiretur, quod suam syluestrem portantes onere grauentur, custos id cupidè audiens sedulo aperit sperans ad se quoq; aliquam eorum pertinere partem, quæ Philomenus cepisset, eo quòd antea semper particeps fuisset eorum, quæ inferebantur. ipse itaq; Philomenus primum locum in illo cuneo habens ingreditur, & cum eo alius quispian Numidicū gerens apparatus, quasi vnus ex eius loci incolis esset, & post hunc alij duo feram à tergo deferentes. Cum autem iam quatuor intra portam essent, eum qui tam liberaliter aperuerat, & qui simpliciter absque suspitione vlla, vti suam grandem palparet, accurrebat, percutientes interimunt, & sequentes, alios verò precedentes, Libyes circiter triginta pedetentim & tacite ad portulam inducunt. Hoc facto continuo alij vectes abrumpunt, alij custodes vestibuli occidunt, alij Libyes adhuc extra portam existentes symbolis datis aduocant, & illos quoq; ingressos cautè iuxta constitutum ducunt ad forum, Annibal, cum hi quoq; prioribus adiuncti essent, alacris factus, quod institutum hoc secundum animi ipsius sententiam succederet, capto insistebat. Separat itaq; duo Celtarum millia, ac diuisis illis in tres partes, duos vnicuiq; parti ex adolescentibus, qui causam hanc obibant, ac consequenter nonnullos ex suis ducibus deputat, simulq; à se dimittit & mandat, vt vias opportunissimè quibus ad forum itur, occupent, & vbi id fecissent iuvenes eius loci excipiant, immò & ciues in quos incidissent, illatos seruent, plurimumq; Tarentinos inclament, vt in eo loco maneant, quòd data ipsis esset permanenti securitas. Carthaginensium & Celtorum ducibus præcipit, vt Romanos, si quos obuios habuerint, occidant. illi itaq; à se inuicem diuisi expediunt, quòd in mandatis acceperat. Hoc autem hostium ingressu Tarentinis patefacto, redditur ciuitas plena clamoribus & perturbatione inopina. At Caius, cum & ipsi hostium ingressus innotesceret, cogitans se iam nihil efficere posse propter temulentiam, confestim domo cum famulis suis egreditur, & cum

ad por-

ad portam venisset, quæ ad portum ducit, custosq; Rhinopylam aliam aperisset, per illam effugiens, piscatoriam nauim ex illis quæ in nauali statione erant, vnà cum suis ascendit, & in arcem asportatur. Post id temporis Philomenus tubas nauales Romanas parat, quibus nonnulli vsum earum propter consuetudinem callentes, circa theatrum stantes clangebant, signaq; dabant. Romanis verò in armis secundum consuetudinem ad arcem concurrentibus, succedit hoc ceptum Carthaginensibus ex animi sententia. Qui plateas illas in ordinatè ac sparsim ingrediebatur, incidebant alij in Carthaginenses, in Celtas alij, quibus hoc pacto occisis, magna Romanorū militū multitudo peribat.

ANNIBAL QUAM HUMANISSIME TARENTINOS ALLOQUITUR. Cap. VII.



ILLUCESCENTE die Tarentini quidem in ædibus suis quiescebant, cum non possent amplius disponere quòd adici debet. etenim ob clangorem tubæ, & quoniam nulla afficiebantur iniuria, nec rapina exercebatur in ciuitate, motus illos ex Romanis esse existimabant. Vbi verò suorum multos in plateis occisos, & nonnullos ex Galatis interemptorum Romanorum caduera spoliare cernebat, de Carthaginensium aduentu suspicari ceperunt. Annibal autem cum exercitum iam in foro locasset, ac Romani in arcem sese, quam custodia & antea occupauerant, subduxissent, clara luce per præconem edicit, vt Tarentini omnes sine armis in foro congregarentur. iuuentus verò ciuitatem circumiens clamat simul ad libertatem, hortaturq; ciues, vt Carthaginenses iporum bono adesse confiderent. Quotquot itaq; ex Tarentinis fauebant Romanis, re intellecta secedebant in arcem ad præfectum, reliqui ad præconis vocem inermes congregabantur. hos Annibal benignis & humanis alloquitur verbis. cum autem Tarentini vnamiter singula, quæ dicebantur propter inopinam spem annotassent, tum quidem multos ex illis dimittit, mandatq; vt singuli domum reuersi foribus suis nomen Tarentini diligenter inscriberent. si verò quisquam id nominis Romano cuiquam diuerso forio inscriberet, illi mortis supplicium determinat. selectos itaq; ad eam re accommodatissimos ad diripiendum Romanorum ædes mittit, dato illis symbolo, vt ædes Tarentinorum nomine non inscriptas hostiles esse iudicarent, reliquos verò, vt istis subsidio essent, in acie detinet. Cum autem multa ac varia suppellex ex ea direptione congesta esset, Tarentinisq; commoditas ceptæ spei respondens cessisset, tum demum ad arma aduersus Romanos reuertuntur. Hoc ipso tempore, testatum reliquit Liuius multa Romæ & foris loca de cælo tacta: Reate saxum ingens volitare visum: Solem rubore sanguineo persimilem: quibus prodigijs demore prociuitatis, erant iam Coss. in

prouin-

prouinciam abituri, quum allatum est Tarentum ab Annibale captum post centesimum, vt refert Plutarchus, propè annum, ex quo in Romanorum ditionem potestatemq; venerat.

**ANNIBAL CVM TARENTINIS INIT DE
munienda Vrbe Consilium. Cap. VIII.**



SEQVENTI die Annibal inito cum Tarentinis consilio ciuitatem muro ab arce distinguere, & communire decernit, ne quis metus à Romanis arcem occupantibus in posterum ipsis Tarentinis relinqueretur: igitur ciuitatem primum vallo præmanire aggreditur correspondente moenibus arcis, & tumulo, qui est ante arcem. (hodie hic tumulus iussu Philippi Austriaci Regis excisus est) quoniam autem certò sciebat, fore, vt nunquam hostes quiescerent, sed eo loco vires suas ostensuros, sufficientes adhibuit copias arbitratus nihil magis in futurum ad hoc necessarium fore vt Romani absterrentur, & Tarentinorum animi affirmarentur, Romanis verò mox atq; vallum initio struebatur, confidenter & audaci conatu aduersarios inuadentibus, Annibal cum illis parum per congressus, prouocat eos ad pugnam. Et quoniam plures extra tumulum prorumpabant, hortatus suos ad pugnam conflagit cum hoste. Cum autem pugnaretur acriter quantum loco angusto & muris cincto fieri poterat, tandem circa finem conflictus violenter repressi Romani retrocedunt, & multi ex illis in Numidarum manus viui incidunt, maior verò pars repressa, & in fossam præceps data perijt. Posthac igitur Annibal absq; discrimine ciuitatem, vt cœperat, vallo communit, & rebus ex animi sententia gestis tranquillitate potitur: Hostes enim conclusos intra muros iam non sibi tantum sed & arci metuentes, manere coëgit. Ciuibus verò tantum indidit animi, vt se iam citra Carthaginienses, illorumq; subsidia Romanis resistere posse putarent. Deinde modico interstitio à vallo urbem versus relicto fossam molitur, vallo ac muro arcis correspondentem, vnde per vices ad murum ciuitatis coaceruatio fieret. Præterea & vallo adhuc ei fossæ imposito, contigit ex ea munitionem fieri haud multum muro inferiorem. Præterea hanc quoq; internè versus ciuitatem interstitio commensurato relicto murum extruere aggreditur, factò illius initio ab ea parte, quam seruatricem vocant, vsq; ad eam quæ profunda dicitur. sic vt etiam sine murorum subsidio munitiones illæ structuris suis ad hoc sufficerent, vt Tarentini securè habitarent. relicto itaq; vnà cum necessarijs suis sufficiente equitum subsidio ad ciuitatis ac muri custodiam castra metatur loco ab vrbe stadijs quadraginta distante ad fluuium, quem nonnulli Galesum plurimi verò Eurotam vocant, quod cognominis ab eo fluuio accepit, qui Lacedæmona præter fluens & ipse Eu-

rota

rota vocatur. Sunt autem huiusmodi cognomina Tarentinis tam in agro, quàm in ciuitate multa, propterea quod Coloniam, sicut ante pluribus dictum est, & cognationem à Lacedæmonibus indubitanter acceperint.

**DE CONSILIO ANNIBALIS PRO OPPU-
gnanda arce, & de nauibus per urbem transue-
hendis. Cap. IX.**



MVRO autem tum propter Tarentinorum diligentiam ac sedulitatem, tum propter Carthaginiensium cooperationem absoluto, deinceps Annibal arcem etiam excindere ac demoliri cogitat. Cum autem ad obsidionem illius iam propè structuras absoluisset, Romani auxilio in arcem per mare ex Metaponto accepto, parum per recreati, noctu inuadunt Annibalis estructuras, & cunctos operum illius, & machinarum apparatus destruunt. quo facto de obsidione quidem arcis desperat Annibal, & muris ciuitatis vndiq; absolutis Tarentinos congregat, illisq; declarat summo opere necessarium esse, aduersum præsentis temporis incommoda, vt mare in suam potestatem occupent. Etenim cum locus, quo naues portum ingrediuntur in potestate arcis esset, sicut & antea dicebatur, Tarentinis haud quaquam liberum erat nauibus vti pro arbitrio, aut è portu nauigare. Romanis verò securè, quæ necessaria erant, adferebantur. quod cum fieret, nunquam esse poterat ciuitati firma libertas. Hæc cum considerasset Annibal Tarentinos inuadit, futurum vt qui arcem tenerent, si spem commoditatis, quæ ex mari erat, amitterent, confestim ipsis vltro cedentes arcem relinquerent, & locum traderent. Hæc audientes Tarentini assentiuntur quidem dictis: at quomodo perfici illa possent in præsentia neuiquam intelligere poterant, nisi classis à Carthaginiensibus missa adueniret: id quod tunc temporis fieri non poterat. Quapropter conijcere nequibant, quò respiciens Annibal hæc ipsis proponeret: illo verò affirmante, posse ipsos suapte opera citra auxilium Carthaginiensium maris consequi potestatem, magis adhuc stupentes erant, mentem enim illius assequi non valebant. ille cum plateam benè dispositam cerneret, eam videlicet, quæ intra murum quidem erat, ducebat verò iuxta murum ex portu in externum mare, illic cogitabat naues è portu ad australe latus trajici posse. Hoc consilium cum Tarentinis aperuisset, confestim non modo consentiunt, sed & virum hunc mirum in modum extollunt, intelligentes nihil illius industriae confidentiæq; obsistere posse. confectis subito rotis paratur nauibus iter, & dicto citius opus absoluitur, nam ad propositum hoc & animi propensio, & multitudo operantium cooperabatur. Tarentini itaq; suas hoc pacto naues ad exterum mare transferunt, & securè illos obsident, qui ex arce externa subsidia

interci.

intercipiebant. Annibal vero ciuitate relicta, castra cum exercitu metatur, & tertio die ad vallum initio structum reuertitur, & reliquam hyemis partem illic degens in eo loco manet. fuit hic annus, quando Tarentum à Romanis ad Carthaginienses defecit, ab Annibale ita occupatum, decimus secundi belli punici, vt Liuius significare, hæsitans tamen, videtur. octauus & quadragessimus supra quingentesimum ab vrbe condita. à mundi totius origine tertius & nonagesimus supra nongentesimum & quatermillesimum, quo tempore, Philippus in Macedonia regnabat, Antiochus, Acheo iam dudum citra nauitum sublato, in Syria, Ptolemæus philopater in Ægypto. Eratq; in Iudæa pontifex Oſias: Hæc omnia his carminibus cecinit Syllius Italicus.

*Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentum,
Portisq; intrarant Pæni: sed enim arce corusca
Fisaleca manus, ausonia stipata sedebat.
Hic miranda mouens classem, qua condita portu
Astabat, (namq; angustis è faucibus equor
Erumpit scopulos inter, patuloq; recessu
Effundit campis secretum gurgite pontum.)
Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur
Arce superposita claustris maris extulit actu.
Perq; auersa tulit portas arua carinas.
Lubrica roboreis aderant substramina plaustris,
Atq; recens casti tergo prolapsa iuueni
A Equoream rota ducit per gramina puppim.
Et iam per colles, dumosq; ad littus adacta
Innabat pelago veniens sine remige classis.*

ACCERSITVR ANNIBAL A CAMPANIS,

vtq; Tarentinorum arcem linqueret, exoratur.

Cap. X.



M Annibal circa Tarentum, Coss. ambo in Samnio essent, sed circumfessuri Capuam viderentur, quod malum diuturnæ obsidionis esse solet, iam famem Campani sentiebant, quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. itaq; legatos ad Annibalem miserunt, orantes, vt priusquam Coss. in agros suos educerent legiones, viaq; omnes hostium præsidij insideretur, frumentum ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam. Annibal Annonem ex Bru-

ex Brutijs in Campaniam cum exercitu iubet transire, & dare operam, vt frumenti copia fieret Campanis. Hæc Anno cum nulla fecisset mora, tandem à Coss. fugatus vix vnde venerat, in Brutios redijt. Et Campani audita sua pariter & suorum elade legatos ad Annibalem miserunt, qui nunciarent duos Coss. ad Beneuentum esse diei iter à Capua, tantum non ad portas & murum bellum esse: ni prope re subueniat, celerius Capuam, quam Arpos in potestate hostium venturam. ne Tarentum quidem non modo arcem, tanti debere esse, vt Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus, desertam indefensamq; populo Romano tradat. Annibal curam sibi fore rem Campanam pollicitus, in præsentia duo milia equitum cum legatis mittit, quo præsidio agros populationibus possent prohibere. quam rem idem poeta eodem in libro ita scripsit.

*Nuncius interea vectis non more carinis
Terrent em freta curarum feruoribus implet.
Dum procul æbalios amat expugnare nepotes
Et primus rostris sulcet naualibus arua,
Obsessos Capua muros, claustra ipsa reuelli
Portarum ac totum miseris incurrere bellum.
Linqvit cæpta ferox, pennasq; addente pudore
Atq; ira simul in mari per proxima motu
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.*

Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ præsidijq; quod ibi obsideretur, curam esse. C. Seruilius legatus ex auctoritate patrum à P. Cornelio Præto in Etruriam ad frumentum coemendum missus, cum aliquot nauibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias peruenit, cuius aduentu, qui antè in exigua spe vocati sæpè ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, vltimo ad transeundum hostes vocabant, sollicitabantq; & erat satis validum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. itaq; Metapontini extemplo metu, quo tenebantur liberati, ad Annibalem defecere. hoc idem eadem ora maris, & Thurini fecerunt. mouit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumq;, quibus indidè ex Achaia oriundi etiã cognatione iuncti erant, quã ira in Romanos propter obsides nuper interfectos. Annibal post pugnam ad Herdoneam commissam, vbi Fuluiam deleuerat exercitum adeo, vt ex decem & octo millibus hominum vix duo millia euaserint, Tarentum duxerat legiones spe, aut vi aut dolo arcis Tarentinæ potiundæ, quod vbi parum processit, & frustra tentari omnia vidit, ad Brundisium flexit iter, ratus vt id oppidum prodiret. sed ibi cum tempus frustra quoq; tereret, legati Campani (iam enim Coss. Appius Claudius & Q. Puluius, fossa valloq; Capuam circumdare parauerant, eoq; res euaserat, vt portis muroq; ad hareret Campanus, seq; contineret) ad eum venerunt querentes

V. desertam

desertam ab eo Capuam, ac propè reditam Romanis, orantesq; vt tunc saltè opem nò circūfessis modo, sed etiam circumuallatis afferat, quibus Annibal magnificè respondit, & antea soluisse obsidionè, & tunc aduentū suum Coss. non laturos. cū hac spe dimissi legati vix regredi Capuā iam duplici fossa valloq; cinctam potuerunt. Cū in hoc statu ad Capuā res essent, Annibalè in diuersum Tarentinæ arcis potiundæ, Capuæq; retinendæ traherebant curæ. viciniam respectus Capuæ, in quā omnium sociorū hostiumq; conuersos animos videbat, documento futuræ qualècunq; euentū defectio à Romanis habuisset, igitur magna parte impedimentorū relicta in Brutijs, & omni grauiore armatura cum delectis peditū equitumq; quam poterat aptissimis ad maturā dum iter in Campaniam contendit, sequuti tamen tam raptem euntem tres & triginta elephanti, in valle occulta post Tifata montem imminentem Capuæ confedit. idem poeta Italicus Annibalis iram, celeremq; motum describens, hanc subiunxit superioribus carminibus comparationem.

Haud secus amisso Tygris si concit a fatu

Emicet attonit a paucis lustratur in hortis

Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges

Donec fulmineo partus vestigia cursu

Colligit, & rabiem presso consumit in hoste.

Sed nos Annibalem dimittamus cum Centenio cognomento penula dimicantem, quid deinceps Tarentinis acciderit, descripturi.

PUNICA CLASSIS TARENTVM E SICILIA

accesitur. & Tarentini bellum nauale gerunt

cum Romanis. Cap. XI.

AESTATIS eius extremo, quo Capua capta est, (rem ita interficam videbis apud Liuium) & Scipio in Hispaniam venit: punica classis ex Sicilia Tarentum accersita ad arcendos com meatus Romani præsidij, quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omneis ad arcē à mari aditus, sed assidendo diutius arctiorem annonā socijs quā hostibus faciebat: non enim tantū subuehi oppidanis per pacata littora apertosq; portus præsidio nauium punicarū poterat, quantū frumenti classis ipsa turba nauali mixta ex omni genere hominum absumebat, vt arcis præsidium etiam sine inuecto, quia ibi pauci erant, ex ante præparato sustentari posset. Tarentinis, classiq; ne inuectum quidem sufficeret. tandem maiore gratia quā venerat, classis dimissa est. annonā haud multum laxauerat, quia remoto maritimo præsidio subuehi frumentum non poterat. Ex inde cum in arce Tarentina vix inopia tolerabilis esset, spem omnem præsidium quod

ibi erat

ibi erat Romanum, præfectusq; præsidij, atq; arcis Liuius in com meatibus ab Sicilia missis habebat, qui vt tuto præteruoluerentur Italiae orā, classis viginti ferè nauium Rhegij stabat. Præterea classi com meatibusq; D. Quinctius obscuro ortus genere, cæterū multis fortibus factis gloria militaris illustris. primò quinque naues, quarum maxime duæ triremes à Marcello ei traditæ erant, habuit: postea rem impigrè sapè gerenti, tres additæ quinque remes: postremo ipse à socijs Rheginisq; & à Velia, & à Pelto, debitas ex cedere exigendo, classem XX. nauium, sicut antea dictum est, effecit. Huic ab Rhegio profectæ classis Democrates cum pari nauium classe Tarentinarū numero, quindecim millia ferè ab vrbe ad Sacriportum obuius fuit. velis tū fortè improuidus futuri certaminis Romanus veniebat. Sed circa Crotonem Sybarimq; suppleuerat nauigio nauis, instructaq; & armatam egregiè pro magnitudine nauium classem habebat. Et tunc fortè sub idem tempus ferè & venti vis omnis cecidit, & hostes in conspectu fuere: vt ad componenda armamenta, expediendumq; remigem ac militem ad imminens certamen vix satis temporis esset. Rarò alias tantis animis pates concurrerunt classes: quippe cū in maioris discrimè rei, quā ipsæ erant, pugnarent. Tarentini, vt recuperata vrbe ab Romanis post centesimum propè annum, arcem etiam liberarent: spem com meatus quoq; hostibus si nauali prælio possessionem maris ad emissent, interclusuri. Romani vt retenta possessione arcis ostenderent, non vi aut virtute, sed prodicione ac furto Tarentum amissum: Itaq; ex vtraq; parte signo dato cum rostris concurrissent, neq; retrò nauem inhiberent, nec dirimi abs hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu, ita conferebant ex propinquo pugnam, vt non missilibus tantum, sed gladijs etiam propè collato pede præliarentur. Proræ inter se cunctæ hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita in arcto stipatæ erant naues, vt vix vllum telum in mari vanum intercideret. frontibus veluti pedestris acies vrgebant: peruiæq; naues pugnantibus erant: insignis tamen inter cæteras pugna fuit duarum, quæ primæ agminis concurrebant inter se. in Romana nauie Quinctus ipse erat, in Tarentina Nico cui Perconi fuit cognomen, non publico modo sed etiam priuato odio inuisus atq; infestus Romanis, quod eius erat factionis, quæ Tarentū Annibali prodiderat. Hic Quinctium simul pugnātem, hortantemq; suos incautum hasta transfigit; ille simul atq; præceps cum armis procidit ante proram, victor Tarentinus in turbatam duce amisso nauem impigrè transgressus cum submouisset hostes, & prora iam Tarentinorum esset, puppim malè conglobati uerentur Romani, repente & alia à puppi triremis hostium apparuit. ita in medio circumuenta Romana nauis capitur; hinc cæteris terror iniectus, vt prætoriam nauim captam videre, fugientesq; passim alix in alto mersæ, alix in terram remis abreptæ, mox prædæ fuere Thurinis, Motapontinisque. Ex onerarijs quæ cum com meatu sequebantur per pauca

in potestatem hostium venere, alia ad incertos ventos hinc atque hinc obliqua transferentes vela in altum euectæ sunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quatuor millia hominum frumentatum egressa cum in agris passim vagarentur, Livijs qui arci præsidioque Romano præerat, intētus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Persium impigrum virum cum duobus millibus armatorum ex arce emisit, qui vagæ effulos per agros palatosq; adorsus cum diu passim cecidisset, paucos ex multis trepida fuga incidentes semi apertis portarum foribus in urbem compulit, ne vrbs eodem impetu caperetur, ita æquata res ad Tarentum, Romanis victoribus terra, Tarentinis mari, frumenti spes, quæ in oculis fuerat, utrosq; frustrata est pariter.

DE Q. FABIO MAXIMO COS. QVI TARENTUM à Carthaginensibus recuperavit. Cap. XIII.

ANNO ab Vrbe condita quingentesimo, quadragesimo primo, vel ut alij suppleunt, quinto, Fabius maximus, cui Verrucoso fuisse cognomen Plutarchus & Plinius auctores sunt, quemq; cunctatorem appellavit Ennius quum dixit,

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Consul creatur, cuius collega fuit Q. Fulvius flaccus quart. Cos, Vtriq; Italia prouincia demandata, regionibus tamen partitum Imperium. Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Brutijs rem gereret. Q. igitur Fabius Cos. cum oppidum in Salentinis Mandurium (hodie Casale nouum appellatur populo frequentissimum) vi cœpisset, ad quatuor millib. hominum captis, præter cæteram prædam, Tarentum profectus est, atq; in ipsis faucibus portus posuit castra. Naues quas Livijs habuerat tutandis com meatibus partim machinationibus onerarat, apparatusq; incenium oppugnandorum, partim tormentis & saxis omniq; missilium telorum genere instruit: onerarias quoq; naues non eas solum, quæ remis agerentur, ut alij machinas, scilicet ad muros ferrent, alij procul ex nauibus vulnerarent murorum propugnatores. Eæ naues ab aperto mari, ut urbem aggredierentur, instructæ, paratæq; sunt. Fabium Tarentum obsidentem leue dictu momentum ad rem ingentem obtinendam adiuuit. Quod ita est. Præsidium Brutiorum datum ab Annibale Tarentini habebant. eius præsidij præfectus deperibat amore mulierculæ, cuius frater in exercitu Fabij Cos. erat. is certior literis sororis factus de noua consuetudine aduenæ locupletis, atq; inter populares tam honorati, spem nactus per sororem quolibet impelli amantem posse, quid speraret ad Cos. detulit. Quæ cum haud vana cogitatio visa esset, perfuga iussus Tarentum transire, ac per sororem præfecto conciliatus, primò occultè animum eius

tentan.

tentando, deinde satis explorata leuitate blanditijs muliebribus perpulit eum ad prodicionem custodiæ loci, cuius erat præpositus. Vbi & ratio agendæ rei, & tempus conuenit, miles nocte per interualla stationum clam ex vrbe missus, & quæ acta erant, quæq; ut agerentur, conuenerant, ad Cos. refert. Fabius vigilia prima, dato signo ijs qui in arce erant, quiq; custodiam portus habebant, ipse circuito portu, ab regione vrbis in Orientem versa occultis confedit. Canere inde Tubæ simul ab arce, & à portu, & à nauibus, quæ aperto mari appulsæ erant. clamor vndiq; cum ingenti tumultu, vnde minimum periculi erat, de industria ortus. Cos. interim silentio continebat suos. igitur Democrates, qui præfectus classis antea erat, fortè illi loco præpositus, postquam quieta omnia circa se vidit, alias partes eo tumultu personare, ut captæ vrbs interdum excitaretur clamor, veritus ne inter cunctationem suam Cos. aliquam viam faceret, ac signa inferret, præsidium ad arcem, vnde maxime terribilis accedebat sonus, traducit. Fabius eum temporis spacio & silentio ipso (quod vbi paulò ante strepebant excitantes prouocantesq; ad arma, inde nulla accinebat vox) deductas custodias sensisset, ferri scalas ad eam partem muri, qua Brutiorum cohortem præsidium agitare prodicionis conciliator pronunciauerat, iubet. Et primum captus est murus, adiuuantibus, recipientibusq; Brutijs, & transcensum in urbem est, deinde proximè refracta porta, ut frequenti agmine signa inferrentur. tum clamore sublato subortum ferme lucis nullo obuiò armato in forum perueniunt, omnesq; vndiq; qui ad arcem portumq; pugnabant, in se conuertunt. Prælium in aditu fori maiore impetu quàm perseuerantia, commissum est non animo, non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis par Romano Tarentinus erat, igitur pilis tantum coniectis, prius penè quum confererent manus, terga dederunt, delapsiq; per nota vrbis itinera in suas amicorumq; domos Duo ex ducibus Nico & Democrates fortiter pugnantibus cecidere. Philomenus qui prodicionis ad Annibalem auctor fuerat cum citato equo ex prælio auectus esset, vacuus paulò post equus erransq; per urbem cognitus, corpus nunquam inuentum est. Creditum vulgò in apertum puteum ex equo se præcipitem dedisse. Carthalonem autem præfectum punici præsidij cum commemoratione paterni hospitij positus armis venientem ad Cos. miles obuius obruncat. Alij alios passim sine discrimine armatos inermesq; cædunt Carthaginensès Tarentinosq; pariter. Brutij quoq; multi passim interfecti visi sunt non modo per errorem, ut credebatur à plerisq; verum etiam peruetere in eos odio: additur & tertia, quæ & potior causa ad prodicionis obortam famam, ut vi potius atque armis non dolo & insidis captum Tarentum videretur, penitus extinguendam. tum à tanta cæde iussi milites, ut ad diripiendam urbem discurrerent. quod non modo ab illis absq; vlla mora factum est, sed alacri animo quisq; locum obseruabat, vnde plus prædæ domum reportaret.

PRAE-

PRAEDAE A ROMANIS IN EXPVGNATIONE Tarentina acquisita declaratio.
Cap. XIII.



RIGINTA millia seruilium capitum dicuntur capta, ac vendita: ingens vis argenti facti signatiq; : auri LXXXIII : millia pondo, tria millia talenta scribit Plutarchus, atque Romanam in ararium inuecta. signa tabuleq; propè vt Syracularum ornamenta æquarent. Sed maiore animo generis eius præda abstinuit Fabius quam Marcellus. nam interroganti scribæ quid fieri designis vellet (ingentis erât magnitudinis Dij, suo quisq; habitu in modum pugnantium formati.) Deos iratos Tarentinis relinquit iussit, quod etiam Marcello Syracusis deuictis, opes & signa ostendenti Deorumq; sacra inferenti dixisse fertur, vt exemplo suo Deos suis iratos relinqueret, vt ipse Tarentinis. Murus inde ab eodem Fabio, qui urbem ab arce dirimebat, dirutus est ac dissectus: & Herculis tantum simulacrum Tarento asportatum in Capitolio iuxta arcam sui equestrem statuam locauit. Dum hæc Tarenti aguntur, Annibal ijs, qui Cauloniam obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti, dies noctesq; cursum agmine acto cum festinans ad opem ferendam captam urbem audisset, & Romani (inquit) suam habent Annibalem: eadem qua ceperamus arte, amissimus. Ad amicos autem priuatim tunc primum dicere, sibi in mentem venisse, vt iam pridem perspexisset, difficile ipsis esse, nunc autem impossibile presentibus copijs Italia potiri. Ne tamen fugientis modo conuertisse agmen videretur, quo consisteret loco, quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos commoratus dies, Metapontum se recepit: inde duos Metapontinos cum literis principum eius ciuitatis ab Fabio Tarentum mittit, fidem ab Cos. accepturos impunita priora fore, si Metapontum ei cum præsidio punico prodidissent. Fabius vera, quæ afferretur, ratus, diem qua accessurus esset Metapontum constituit: literasq; ad principes dedit, quæ ad Annibalem delatæ sunt. Enimvero lætus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo inuictus esset, haud procul à Metaponto insidias ponit. Fabio auspicianti priusquam egrederetur à Tarento aues semel atq; iterum non addixerunt. hostia quoq; cæsa cõsulenti Deos Aruspex cauendum à fraude hostili, & ab insidijs prædixit. Metapontini postquam ad constitutum non venerat diem, remissi, vt eunctantem hortarentur, repente comprehensi, metu grauioris quæstionis detegunt insidias: ab hac fraude arbitratur Plutarchus cum multis Deorum beneuolentia seruatum fuisse Fabium, sed hæc ante Tarentum captum contigisse autumat.

QVAE

QVAE GLORIA FABIVM PROSECVTA OB
captum Tarentum. Cap. XV.



FABIO. Tarentum astu captum magis quam virtute, gloriæ magnæq; famæ fuit. qua de re sic Italicus poeta, quem alias in hoc præsertim libro citauimus, scripsit.

*Tunc & Tyndarj latias fortuna Tarenti
Auxit opes, laudemq; simul, nam perfida tandem*

Urbs Fabio deuicta seni; postremus in armis

Ductoris titulus cauti, solerti tutum,

Tum quoq; adeptas domos captis sine sanguine muris.

Namq; vt compertum, qui punica signa regebat,

Fœminea exuri flamma, tacitusq; quiete,

Ex in virtute placuit dolus, ire forori,

(Nam castris erat in rutulis germanus amata.)

Cogitur, & magnis muliebria vincere corda

Pollicitis, si reclusas transmittere portas

Concedat libycus rector votiq; potitus.

Euicta Fabius Peno circumdata telis

Incustodita penetravit mania nocte.

Romani cum alijs honoribus Fabium affecerunt, tum eius filium Cos. designarunt. cumq; is magistratum inisset, & quædam ad bellum disponderet, pater siue ætatis vitio, siue alia quadam vi morbi, siue quod filium tentare vellet, inuectus equo per medium circumdantium turbam incedebat. quem cum vidisset iuuenis, non tulit, missiq; ad eum lictore, patrem descendere ex equo iussit, ac pedibus accedere, si quid à magistratu petiturus esset. quod imperium vt nimis superbum atq; arrogans cæteri indignè tulerunt. & in Fabium omnes oculos animumq; conuerterant, quem putabant priore gloria indigna pati. ipse autem repente ex equo defiliens, æquo citius ad filium properat, eumq; complexus & gratulans, rectè (inquit) fili & sentis, & agis: nec latuit te quibus imperes, & quantam imperij molem susceperis: sic & nos, & maiores nostri Romanam ciuitatem exauximus, publicam pietatem priuatæ, patriæ gloriam semper parentibus ac liberis præferentes. Consulendus est Agellus cum Valerio Maximo, Georgio Trapezuntio, Castaneo, alijsq; iure peritis, rectè iusserit filius, & rectè paruerit pater. nos ad historiam transeamus. Quo tempore Marcello Cos. designato mandatum est, vt de Etruriæ defectione inspiceret, Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate,

tate, ac legibus suis responsum ab senatu est, vt redirent, cum Fabius maximus Col. Romam venisset. non multo autem tempore post, de Tarentinis magna contentione in senatu actum est coram Fabio, defendente ipso, quos ceperat armis, alijs infensis & plerisq; æquantibus eos Campanæ noxæ, pænæq. Senatus consultum in sententiam M. Accilij factum est, vt oppidum præsidio custodiretur, Tarentiniqu; omnes intra mœnia continerentur, res integra postea referretur, cum tranquillior status Italiæ esset. Huius autem prælii, quod Tarentum fuerat missum, bonam partem Coss. iussu locros ductam Annibal sub tumulo Petiliæ equitum duobus, peditum tribus millibus in occulto locatis aggressus est, ad duo millia armatorum cæsa, & mille & ducenti ferme viui capti, alij dissipati fuga per agros saltusq; Tarentum reuertunt. Et de M. Liuiio arcis Tarentinæ præfecto haud minore certamine actum est, alijs S. Consulio notantibus præfectum, quod eius socordia Tarentum proditum hostibus esset: alijs præmia decernentibus, quod per quinquenniū arcem tutatus esset, maximeq; vnius eius opera receptum Tarentum foret: me dijs ad Censores, non ad senatum cognitionem de eo pertinere dicentibus: cuius sententiæ & Fabius fuit, adiecit tamen, fateri se opera liuij Tarentum recepisse, quod amici eius vulgo in senatu iactassent. neq; enim recipiendū fuisse, nisi amissum foret. post hæc fuerunt alias Tarentini suspecti, ne ad defectionem redirent, ideo scripsit Q. Crispinus ad Senatum se Comitiorum causa non posse Romam venire, quia præter viæ laborem, quem pati saucius nō posset, de Tarento sollicitus erat, ne ex Brutijs Annibal eò conuerteret agmē: moritur paulò post Tarenti iuxta quosdam. fuit sequenti anno Tarentū missus C. Hostilius ad eum exercitum, quem T. Quinctius Col. habuerat. mandatur L. Manlio vt in Græciam legatus iret, & si fortè Tarentinos ciues ab Annibale ibi relegatos reperiet, domos redire iuberet. diceretq; omnia, quæ ante bellum habuissent, eis reddere populum Romanum. Duæ etiam legiones circa Tarentum & Salentinos. Q. Claudio obtigerunt. Sed hæc leuia sunt. Hoc adiiciendum duxi Fabium maximum propterea Hercules, & non Iouis, de qua Lucilius lib. 16.

— *Lysippi Iuppiter ista*

Transiit quadraginta cubita, altus Tarento.

Statuam Tarento Romam aduexisse, quia & ipse cum tota Fabiorum familia Hercules dicebatur, vt docet Ouid. in fastis.

Vt tamen Hercules superessent semina gentis

Credibile est ipsos Consuluisse Deos.

Hic fuit ille Fabius, qui iterum dictator creatus Annibalem pluribus victorijs ferocem cunctando coercuit, vnde de eo præclare Ennius scripsit.

Unus homo nobis cunctando restituit rem,

Non

Non ponebat enim rumores ante salutem,

Ergo postq; magisq; viri nunc gloria claret.

TARENTVM ET SALENTINOS PROVINCIAS, Tarentinos Municipis, & Colonos fuisse. Cap. XVI.

DE Prouinciæ origine, deq; earum numero, & quomodo confectæ sint iuniores grammatici, Sigonius præcipue, Robertellus, Onufrius, per multa scribunt, illud modo dicendum, quod Tarentum cum Salentinis prouincia fuerit, mirorq; satis id omissum ab alijs fuisse, nisi forte crediderint, Tarentum & Salentinos in Sicilia prouincia recenserit, sed constat id aliter esse & exi's, quæ supra dicta sunt, & ex ijs quæ dicentur. anno igitur tertio & decimo belli punici Q. Claudio Tarentum, C. Hostilio Tubulo Capuam prorogatum in annum imperium est. decimo etiam quinto eiusdem belli M. Cornelio, P. Sempronio Coss. T. Quinctius Tarentum C. Hostilius Tubulus Capuam proprætoribus, sicut priore anno cum vetere vterq; præsidio obtinuerunt. Coss. etiam M. Emilio Lepido, & C. Flaminio. L. Terentius Siciliam, Q. Fuluius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Fuluius Galliam prouincias sortiti sunt. Magno etiam illo seruilii motu in Apulia orto, Tarentum prouinciam L. Posthumius prætor habuit. isq; de pistorum coniuratione, qui vias latrocinij pascuaq; publica infesta habuerant, quæstionē securè exercuit: ad septē millia hominum condemnauit, multi inde fugerunt, de multis sumptum est supplicium. Omitto, quæ Liuius scribit de L. Quintio, cui à Consule noui milites præscripti, vt tueri omnē oram circa Tarentum Brunditiūq; valeret. Perfectis comitijs, idē dicit, quas prouincias prætoribus esse placeret, retulit ad senatum Consul. decreuerunt duas Romæ iuris dicendi causa, duas extra Italiā, Siciliā, atq; Sardinia, duas in Italia Tarentum & Gallia &c. lege Iulia belli socialis anno primo lata, Tarentini Municipis facti sunt, nā antea fæderati tantum erāt, & suis non Romanis legibus utebantur. Hoc autē fuit Sext. Iulio Cæsare, & L. Martio Philippo Coss. Vellius Paterculus auctor est, ductam esse Colonia Tarentum post annum quā Fabrateria oppidum non longè ab Aquino. id fuit anno vrbs sexcētesimo & trigesimo primo, quod nō laudatur ab ijs qui tēpora obseruant, nā aliquot post annis tanquā infæderatā iure Italico, quod erat extra Latium, ciuitatē voluit in eā adscribi Archias poëta, quæ Cicero defendit luculentissima illa oratione, quæ extat. sed ipsi viderint, nā & Sigonius & Onufrius Plutarcho & Velleio astipulatur. Exigebant Romani à Tarentinis, vt à Rheginis, & Neapolitanis sua tributa, sicut responderūt Minioni Antiochi Regis legato. Nos ab Rheginis & Neapolitanis, & Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, vno & perpetuo tenore iuris semper usurpato, nunquā intermissio, quæ ex fœdere debent, exigimus. Verum quia hæc obscura sunt, ad finem libri accedamus.

Finis Sexti Libri.

X DE

ANTIQUITATE, ET VARIA
TARENTINORVM

FORTVNA

LIBER SEPTIMVS.

IOANNE IUVENE EORVM CIVE
AVCTORE.



TARENTUM QUANDO FVERIT IN-
stauratum. Cap. I.



VNIVERSAM Gothorum historiam multi quidem & Græcis & Latinis illustrarunt literis. Procopius Cæsariensis in castris Bellisarij viri illius patricij, & Iustiniani Imperatoris strenuissimi ducis medicus: Guido Rauennâs: Leonardus Aretinus: Blondus Foroliuiensis: Raphaël Volaterranus: Aeneas Syluius Senensis, qui magnam suæ ætatis partem ante summum pontificatum apud Germanos egit: Agathius qui longo & copioso volumine res Gothorum gestas ab vsq; Troiæ incendio narrandas aggreditur: Pandulphus Collenucius, qui Neapolitanorum Regum facta simul ac dicta Ethrusco sermone edidit: Omnium verò nouissimus Ioannes magnus, qui & ipse Gothus, & sedis Apostolicæ in Suetia & Gothia legatus Iulio huius nominis tertio pontifice maximo, in Vspalensis Ecclesiæ Archiepiscopalem assumptus est dignitatem. Vt omittam vetustiores, qui de Gothorum origine, diuisa eorum gente, cæterisq; rebus memoria dignis tam Gothicè, quàm Græcè, & Latine, vt Ablabius, Dion, & Iordanes scripserunt. Apud omnes vnum quod sequitur ad nostram pertinere prouinciam inuenio. Quo tempore Totilas, qui aliter Balduilla dicebatur, sextus & quadragesimus Gothorum Rex externus, tam in expugnandis hostibus terribilis, quàm erga deuictos per humanus, bellum

cum Bellisario pro Gothis in Italia gerebat, anno domini Saluatoris quingentesimo & quadragesimo septimo, Vigilio summo pontifice, & Iustiniano Romanorum Imperatore, quidam Calabri, & illorum finitimi domo profugi Tarentum, quod aliquandiu dirutum, desertum, incultumq; superioribus bellis iacuerat, instaurarunt, non veterem vrbis aream, non primam mœniū longitudinem circumplexi, sed partem portui propinquam aditu à tergo facillimè munito, cum eam in chersonesi speciem mare vtinq; alluat. Conueniunt secum scriptores prædicti, hoc quod de Tarento diximus renouato eo præcipuè accidisse tempore quando Totilas Roma siue salua, siue euerfa egressus, parte exercitus sui Bellisarij copijs obiecta, ipse aduersus Vitalianum Iustiniani germanum fratrem properabat, qui audito Hostis teterrimi aduentu se cum multis militibus receperat intra Hydrunti mœnia. Post secundam vrbis captiuitatem, cum Totilas expeditionem in Siciliam parasset, & obiter Rhegium expugnare tentasset, inde Termundi & Ameri, qui vrbis præsidio præerant, ingenio & virtute expulsus, Tarentum intravit, estq; ea vrbe breui potius, quia nondum ad eò communita à nouis suis conditoribus fuerat, vt hostium valeret resistere incursionibus. Captum Tarentum Totilas muris ab extero mari circumsepit, locumq; vt ibi suorum esset sedes, elegit, relictisq; in ea copijs Ragnerium præfecit. virum inter Gothos præclarum quidem & impigrum, sed maxime inconstantem, quod subsequens docebit factum. Cum audiret Ragnerius vnà cum Morrha, qui Acheruntia præerat, Crotoniâs longa Gothorum obsidione fatigatos liberos tandem ab illa esse ob Græcorum classem iussu Imperatoris Themopylis ex improviso profectam; cumq; perspiceret socios multâ eede perfractos ac profligatos partim ad se Tarentinum in portum cum ratibus aufugisse, partim ad Scylleum fretum loco propinquum delatos abiisse, à Totila ad Imperatorem Iustinianum, cui tota hæc regio obsequium præstabat ac suberat, accepta prius ab illo fide pro sua & suorum salute, defecit cum Morrha, ab utroq; senis Gothis obsidibus præstitis, qui Hydrunti sub Pacurio Peranio ciue Romano, vrbisq; præfecto custodirentur. at vbi audiuit Totilam à Longobardis occisum, & Teiâ in regium culmen assumptum; Francos & Burgundiones in societatem aduersus Narsetem Iustiniani ducem venturos, panituit se ad illum transisse, & pro Gothis iterum stare constituit. vt verò obsides reciperet suos, quorum recuperandorum studio nimio flagrabat, huiusmodi incepsit astutia. ad Pacurium, quem Hydrunti præfectum dicebamus ac Prætorem, mittit qui suo nomine dicerent, vt vel auxilium præstaret aduersus Gothorum copias, quas contra se venturas cognouisse simulauit; vel saltem vt Hydruntem sibi liceret tutò commeari, quo inde Ionico sinu transmissio Byzantium deferretur. misit Pacurius nihil adhuc fraudis suspicans, è suis militibus quinquaginta. Hos Ragnerius intra præsidium admissos, & in potestatem suam redactos custo-

diri vinctos iussit, & ad Pacurium per nuncios iterum misit, vt sibi suos red-
dendos omnino curaret obsides, si milites Tarentum à se missos saluos cupe-
ret & incolumes. sensit tandem ille sibi grauius illusum, ac simul ira accen-
sus, paucis militibus in Hydruntina custodia relictis, ipse cum cæteris copijs
aduersus Ragnerium profectus est: quem etiam in pugna descendere ausum
in fugam cõuertit. sed milites suos à periculis eripere nequiuit omnes ad vnũ
à Ragnerio ante congressum in carcere trucidatos. Deinde Ragnerius cum
omnes viæ, circumstantibus vndiq; Romanis, reclusæ essent, nec in Tarentũ
regredi posset, nam & Tarentini fidem Græcis seruari inuito illo volebant,
Acherusiam ad suos cum magno vitæ discrimine delatus est. Eodem tem-
pore Brundisium à Gothis, in quorum ditionem antehac venerant, classe, qua
commeatus in castra aduehebatur, contra publicam fidem intercepta, defe-
cerunt, estq; obeam rem non parum in Teianis castris rei frumentariæ inopia
laboratum. Hæc de Tarentinis memoriæ prodita sunt in diuturnis bellis Go-
thicis in Italia per tot duces gestis, nusquam verò mihi constitit, quando fue-
rit ante aduentum Lucanorum & Calabrorum excisum & euersum Tarentũ.
sed de tota hac re Consulito Procopium libro tertio.

*QVID LONGOBARDORVM, QVID SARRA-
cenorum temporibus Tarenti euenerit. Cap. II.*

AD initium Pontificatus Vitaliani huius nominis inter Petri succes-
sores primi & nouissimi Constantius Imperator confectum com-
paratumq; exercitum in Italiam transducendum instituit, non
quidem vt iuxta famam tunc à se accuratè disseminatam Longo-
bardos Germaniæ populos inde eijceret, sed vt urbem Romam, & subiectas
illi vel prouincias vel ciuitates homo auarissimus diuitijs ornamentisq; spolia-
rer. Constantino itaq; filio consorte imperij declarato, & Constantinopoli
relictõ, classem, quam instruxerat, præmisit Athenas, quò ipse pedestri itine-
re est profectus: inde nauigium ingressus, ventos nactus secundos, oram sol-
uit, ac nullo prius in loco, quàm apud Tarentum substitit. Copijs in eam ci-
uitatem expositis, qui erat maximus & dignus Romano Principe exercitus,
constituit Constantius terrestri itinere in Samniũ venire Beneuentum obses-
surus, at vbi intellexit urbem valido præsidio, multisq; commeatibus Rho-
moaldi diligentia munitam esse, Luceria mouens urbem vim cepit. captam
solo æquauit. quid inde secutum sit, haud quaquam nostrum est scribere. Hoc
tantum satis fuerit cognoscere, quod Anno Domini sexcentesimo & quin-
quagesimo septimo Orientali imperio Tarentum subeslet. & Constantinus
cum parum proficeret, paulò post Tarentum reuersus, in Siciliam nauigauit.
Et quoniam Beneuenti meminimus, non est silentio prætereundum quod in

Leone

Leone Secundo viro latinè græcèq; doctissimo apud Platinam legitur: Rho-
moaldũ ducem Beneuentanum ingenti comparato exercitu, Tarentũ, Brũ-
disium, ac totam deniq; Apuliam occupasse; eiusq; vxorem Theodatam
mulierem pietissimam ex his manubijs non longè à Beneuento Basilicam
in honorem beati Petri edificasse, adiecto sacrarum virginum cœnobio. In
portu Tarentino & in externo mari extant vestigia arcis cuiusdam latericiæ,
quæ à Sarracenis nomen adhuc seruat. distat ab vrbe ternis neq; integris Ita-
dijs. locus à piscatoribus pro Thynnibus capiendis Martio, Aprili, Maioq; mē-
sibus frequentatur. Conijci hinc nullo negotio potest Sarracenos aliquan-
do Tarentum diuertisse, urbem expugnasse, arcemq; illam pro suo præsidio
erexisse. de his hæc ad nostrum institutum facientia colligere visum est. Sar-
raceni cum è Mauritania ad Italiam reuertissent, deposita è nauibus, quam in
gentem secum abduxerant, præda, Siciliam, Tarentumq; eodem inuaserunt
tempore. in eos Michael Imperator Constantinopolitanus Theodosium pa-
triciũ classis præfectum iussit nauigare. Sed tulit illius anni infortunium vt
dum magnis & nunquam antea visis apparatus in Christi fideles immani-
ter saurent Sarraceni, Michael ipse imperator græcus primò, & breui post
Gregorius quartus Romanus & summus pontifex, & Ludouicus Imperator
Romanorum eodem ferè mense suum obierint diem. is fuit humanæ redem-
ptionis annus octingentesimus quadragesimus secundus. Sarracenis interea,
vt præfati sumus, Siciliam, Tarentumq; duce Sabba Regis Maurorum præ-
fecto obsidione prementibus, Theodosius qui orientalis præfecturæ classem
agebat, copijs è Græcia adductis diffusus ad Venetos se contulit, & Petro Ap-
dronico ac Ioanni eius filio Venetis ducibus Spatharij dignitate, quæ tunc
erat omnium illius sæculi maxima in imperio ornatis, ab ea Repub. impetra-
uit sexaginta nauium classem, quam ipsi Veneti suo ære armarent, ea auctus
Theodosius non prius ab inchoata in Venetiarum portu velificatione destitit,
quàm sinum attigit Tarentinum. Sabba verò Sarracenus, quam primum
eam omnium inter se pio fœdere coniũctorum Christianidelium classem Adria-
tico emenso in sinum Tarentinum flectere intellexit, siue quia timuerit, siue
quia timoris simulationem rebus suis conducere sit arbitratus, obsidionem
Tarentũ soluit, & ad Crotoniatarum littus repente nauigans, Christianis quid
rei esset facturus, dubium mouit. Ea inter magnas classes vicinitate leuia obla-
tis occasionibus conferebantur certamina; tandem vtriusq; classis duces Sab-
ba & Theodosius vel inuiri ad cerramen protrahi visi sunt, quo fractis & fu-
gatis christianorum copijs in Venetos, qui pugnae erant intentissimi, magna
eius cladis calamitas cecidit: nam eorum naues partim merse, partim captæ
sunt, militum verò paucis in barbarorum potestate factis reliqui ad interne-
cionem sunt cæsi. Theodosius autem præfectis nauium, quas Constantino-
poli secum adduxerat, maiore parte amissa, salutis suæ fuga consuluit. Ea

elati

elati victoria Sarraceni sinum demum ingressi Tarentinum omnem eius oram ferro, igniq; vastabant, quos non multo post Veneti receptam viciscentes eadem duce Vrfo Particiaco fuderunt, anno 864. Anno Virginie partus nongentesimo & decimo quarto rursus Sarraceni ad Italiam deuastandā regressi sunt, hanc sibi redeundi occasionem arripientes, Apud Græcos cum Constantinis puer Leonis filius orientali imperio potiretur, quidam nomine & genere Romanus, quem Leo pater dum viueret, clāssi præfecerat, pueri tutelam primo, deinde imperium armis doloq; occupauit. Quæ rerum turbatione, Calabri, Appuli, & alij qui in ea essent ora, cum legitimo Imperatori Constantino sicut consueuerant, subesse nequirent, adulterino rebelles erant. Romanus iste pessimus erat vir, nulla alia ratione ab initio Imperatori carus, nisi quia Venator fortissimus Leonem agros vastantem, & obuios quosq; trucidantem occiderat, quod idem ætate nostra Saluatori Abbatillo Tarentino adolescenti in Africa obuennisse traditur: sed miser desciuit à christiana fide, & vixit transfuga gratiosissimus Mauritanie Regibus multorum equitum ducor. Romanus itaq; cum maxima in Italos, & Romanos præcipue, apud quos licet sordido loco, natus erat, impietate Sarracenorum abuteretur, Africanorum Regem impulit, vt ad Calabros, Appulosq; sibi rebelles perdomandos copias traduceret. Ea gens, quia christianum, & imprimis Italicum immani & crudeli odio prosequatur nomen, Calabros, Appulos, Lucanos, & Salentinos omnes non domuit modo, domitosq; Græco Imperatori obedire cœgit, verum etiam commissis cædibus, rapinis, incendijs, penè ad interuersionem vsq; deleuit. adeoq; vincendo insolens est facta, vt de subigendæ ditendæq; Romanæ vrbs ratione sæpenumero secum consuluerit. multitudinem igitur suam Sarraceni confidentes omnem illam Italiae plagam à strictioribus Calabrorum, & Hydruntinorum promontorijs in ampliorem terram, quæ maria inter superum ac inferum semper se extendit vsq; ad ipsa propè vrbs Romæ mania tunc caperunt, quæ breui post eliminata Græci Imperatoris memoria ab ea barbarie iugo dominij est oppressa. Consilio autem Ioānis decimi, & Alberici Marchionis eius fratris copijs, Romæ finibus expulsi Gargani montis arcem communierunt, ibiq; sedem cum cepissent, Italiam multis postea temporibus vexauerunt, & eam præcipue, quæ ab Aterno, cui Fluuio nunc Piscaria est appellatio in Salentinos & Tarentinum sinum extenditur, cum alteram, quæ à Tyberi annè in Calabros porrigitur, Hungari effera & indomita gens, & quæ nulli mortalium ætati aut sexui parcere solet, deuastarent, ab Alberico inuitati ad opem vrbi præstandam. Vnde Græci Calabriam, Salentinos, Apuliam obtinentes, satis duxere cum illis ad inducias venire, aliter enim suæ, & subditorum salutis & indemnitati consulere haud poterant. quod ita esse sequens historia docebit. Ab anno dominicæ natiuitatis nongentesimo, primo & sexagesimo per decennium Constantino

poli &

poli & in tota Græcia clauum imperij tenuit Nicephorus. is fuit nepos Nicephori Phocæ, qui cum minimè resistere valeret Sarracenorum viribus, Eustathio Calabriae duci, qui in suo esset dominatu, mandat, vt scædus annui census conditione cum Sarracenis inire studeat, quod & magna factum est difficultate, & posthæ sæpius cum illis quiescere nescientibus bellum gessit. Huius ergo Nicephorus alter (vt dictum est) nepos, & cuius filiam siue sororem Theophaniam Otho secundus duxerat, Tarentum edificijs omnibus spoliatum renouauit, quod ita nobis constat. In arce Tarentina inuentus est lapis magnus, vbi Græcæ erant sequentes literæ incisæ, quibus significabatur Tarentum tot Sarracenorum incuribus vastatum ac penè relictum iussu ipsius Nicephori fuisse reedificatum. *Ἐβλεψάμεθα πόλιν, ὅσον δυσυχῶς ἀνεσρέθη. λίαν μὲν ἐπιφανὴς ἐγενόμην, καὶ λαμπρά, καὶ καλλίσοις ἐπιτεχνήμασι κεκοσμημένη. Τὰντα δὲ ὅμως ἐπὶ τῶν μοχθηρῶν πραγμάτων, ἐμὲ φάσκειν οὐκ ἐδυνήθη. νῦν δὲ ἀγαθὴ τύχη πάλιν ἐπεσκένασμαι. Νικηφόρος ἀρχιτέκτων ἐξ ὅχου ἀμφὶ τῶν ἑσπεραν τὸ θέμεθλον ἤρξατο θεμελιῶν. Πρόσπερος ἐπειτα παρελθὼν ὄνῳ οἰκοδόμημα βλέπεις ἐτεκνήνατο. καὶ μὲν Νικηφόρος αὐτοκράτωρ κράτιστος, καὶ ἰσχυρὸς ἐμὲ προσεσθὼν κειμένῳ, (καὶ γάρ με ἐκ τῆς λυβίας βάρβαροι, καὶ παλαιοὶ σαρρακηνοὶ ἐξέφρανον ἐκδραμόντες ἐκ θεμελιῶν κατέβαλον) ἀνέρθωσθε θαυμάσιος, καὶ ἐκέλευσε Νικηφόρον τοιχοποιῶν κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον πολυώνυμον, καὶ ἀριστον ἰδίᾳ τῆς τύχης ἐπιτηδείας πράγμασιν ἡμῶν διακοσμήσαι.* Sic ita latinitate donatæ sunt, vt ab omnibus intelligantur. Vidisti me paulo ante quam modo diruta infeliciter fuerim, satis planè splendida fui, & admodum illustris, nouisq; ornata mœnibus, quæ tamen in aduersis rebus me tueri nequaquam potuerunt. Sed nunc bona fortuna iterum erecta sum. Nicephorus Architectus egregius vespertina hora locare cœpit fundamenta. Prosper deinde percurrens opus, quod conspicit, perfecit. Cæterum Nicephorus Imperator fortis & pius, videns me humi iacentem (me namq; lybici barbari, veteresq; Sarraceni ex Aphrica postea profecti solo æquarunt) iterum erexit visu mirabili, iussit Nicephoro artificij sua ætate præstanti atq; optimo, vt me sua arte rebus operi idoneis exornaret.

DE BOHEMUNDO PRIMO TARENTINORUM principe, Constantia uxore, & Bohemundo parvulo. Cap. III.



ANNO humanæ salutis millesimo & sexagesimo primo, post obitum Nicolai secundi Allobrogis Robertus Guiscardus Gothifredi frater, fugatis ab Italia Sarracenis circa hæc tempora illò reuersis, Calabriae & Apulie Comitatu, quem ab eodem pontifice cū soluendi tamen annui census conditione Ecclesiæ Romanæ acceperat, Matheram & Tarentum per solos oratores, conuentione vt inde vt ex Hydrunte Græcos eijceret, adiecit, & suæ subegit ditioni. is Ex Aberada uxore filium suscepit Bohemundum, qua mortua alteram duxit Giglegardam nomine Gisulphi Salernitani principis. ob Guaimarum fratrem, neptem, ex qua Rogerrum

rium habuit filium. Cum igitur ipse Robertus ad opem Michaeli Dioclyzi Constantinopoli expulso ferendam nauigasset, priusquam discederet, Rogerio omnes Italiae res, & Bohemundo nauigationis praefecturam demandauit. Non longe post Roberto apud Cassiopen insulam fugatis Venetis defuncto, anno aetatis suae sexagesimo secundo, & Christi nati sexto supra octuagesimum & millesimum, Rogerius minor natus in ducatum successit Apuliae, cui ob patris absentiam praerat, & ad eum haud mora omnes Italiae populi sicuti & genitori praeter Siciliae ciuitates obedituri peruenerunt. Bohemundus natus maior, quem ex prima, ut diximus Robertus susceperat coniuge, dolens nimium, nimiumque indignè ferens, quod nulla sibi in Italia ciuitatum pars daretur propria, classem cum terrestribus copijs Hydruntum aduexit, quod vix fecerat, & quaecumque genitori & sibi apud Dalmatas paruerant, ad Alexium Graecum Imperatorem defecerunt. Hoc ipso tempore Rogerius animum suae in Italia potentiae adaugendae intendens, Capuam urbem potētissimo inuasam exercitu cepit, cui etiam omnes populi, quicumque hinc à Tybure, inde à Velitris ad Campanum pertinent agrum, quia Romani pontificis Romanique populi iam eneruatas videbant vires, sese permiserunt regendos. Bohemundus ut primum turbatos, ac quassatos de nauigatione equos satis quiesse, & milites omnia bello necessaria comparasse conspexit, Hydrunto velis passis in Rogerium fratrem nauigauit, & cum illo ad Farnetum, qui Beneuentanus locus est, aciebus utrinque militari peritia structis conflixit. Decertatum tradunt praelio haud quaquam cruento solo homine in eo occiso. nam Comites paterni utriusque exercitus pacem his conditionibus praepositis & acceptis composuerunt: ut scilicet Bohemundo pars obuennisset ducatus Apuliae, & principatus Tarentinus tam sibi quam haeredibus, Rogerius titulum ducatus cum caeteris retineret oppidis, quae pater in Italia possedisset. Et in Urbano secundo testatum reliquit Platina hoc euenisse praecipue summi ipsius pontificis auctoritate, fratribus, ut ab armis desisterent, imperantis. se enim Urbanus Melphim contulerat, synodum ibi habiturus, cum parum Romanis iam pridem nouis rebus studentibus confideret. pace facta Rogerius Melphim ad pontificem vadit, & ligium se ac vassallum (ut aiunt) Romanae Ecclesiae deuinciens, ducatus & paternae successione confirmationem ab illo obtinuit. Ex inde contra Sarracenos in Siciliam traiciens Syracusas cepit, & tunc Halam Roberti Frisonis filiam duxit uxorem: erat Friso comes Flandrensis, & antea Danorum Regi filiam eandem desponsauerat: ex hac Robertus duobus in adolescentia defunctis Rogerio scilicet, & Amphulso, in quibus verissima paternae virtutis reddebatur effigies defunctis, Gulielmum suscepit ducatus Apuliae successorem. Et per idem tempus Roberto ita occupato Bohemundus, quia parum erat contentus concessis à fratre ciuitatibus, quarum maxima pars sub principatu continebantur Tarentino ab Aufido fluuio usque ad Iapygium

Iapygium hinc à mari supero, inde à Tyrrheno usque; ad Zephyrium promontorium, Melphim furto surripere ausus est. Quod cum Rogerius, ut patere tur, nullis eorundem paternorum Comitum suasionibus adduci potuisset, bellum utrinque iterum parari ceptum est, & primo Rogerius, quia à Sarracenis magnam Siciliae partem occupantibus, sibi, & omnibus ditionis suae, & Siciliae, timebat, viginti millia bellicosorum hominum stipendio conduxit, & in Italiam secum transuexit. adiunctisque illico copijs, quas ex Calabria, Salentinis, Lucanis, Appulis non omnibus, sed ex Apulia sibi subiecta, contraxerat, in Melphim iter direxit. Bohemundus verò ad decem millia habens secum milites veteranos sub se nutritos, & disciplinam à se edoctos militare, in propinquo Melphi, naturaque munito se continens loco, urbem, cum ipse adesset, decernit conseruare pro se aduersus fratrem, atque ut hoc melius & facilius efficeret, foedus iniit cum Beneuentano, vel (ut alij) cum Capuano principe Ricardo fraterno hoste, qui ea fratrum discordia percepta in patriam redierat. bellum hoc iam ab omnibus exitialem habiturum exitum credebatur, nisi inopinatum, improvisumque consilium accidisset. Urbanus pontifex cum Gallias Placentia abiret, rem memoratu dignam est aggressus. Concilio apud Clarum montem habito, ita principes Galliae ad recuperandam Hierosolymam à Sarracenis iam diu occupatam excitauit, ut anno restitutae salutis 1094. tercentum millia hominum nomen in militiam Christianam dederint, signumque crucis susceperint. Bohemundus animo quidem generosior cum tot principes clarissimos plurimum gloriae & meriti consecuturos intelligeret, quò inde multo clariore forent: cumque videret militum manus cum classe tripartito profectas, partem videlicet unam Brundisium, Barulensem portum alteram, & tertiam Hydruntum, laudabili exarsit aemulatione: & ab ipsis principibus viris, quibus cum illicò in sermonem venit, suusus, liberum Rogerio fratri effecit, Melphim ne, an caetera quae sibi essent de Appulis occuparet. & statim è suo vestiario purpureas non nigras, ut quidam tradunt, eduxit Chlamides, pluresque inde abscidit rotas per exiguas, quibus cum praeter delecte nobilitatis equites & pedites voluntarios, Italiae gentis ad duodecim mille viri cruce fuerunt ab eo insigniti. Mouit autem Rogerium Bohemundi, quàm in hac re praestitit, animi generositas: dansque comilitonibus suis, si illum in Graciam sequi velent, libertatem abeundi, Melphim obsidione soluit. Declarauit praeterea Rogerius, omnia sibi cum fratre Bohemundo esse communia. In hoc bello multa atque praecleara gessit Bohemundus, ab omnibus quidem huius historiae scriptoribus illustrata, & praecipue à Roberto Monacho, Gulielmo Tyrio, & alijs, qui vniuersam belli huius seriem literis illustrarunt. & nouissime Ethruso carmine à Talsino poeta nostra aetate ingenioso & locuplete decantata. Duxit Bohemundus Constantiam Philippi Francorum Regis filiam, ex qua duos suscepit filios, Bohemundum, qui patri successit non modo in Tarentino, sed

no, sed & in Antiocheno principatu (in bello enim illo Orientali Antiochiæ princeps ab omnibus fuit Bohemundus electus, & in eius possessione confirmatus) & filiam, cuius nomen non legi, quam Constantia mortuo viro, Raimundo Gulielmi ducis Austriæ filio matrimonio coniunxit. Moritur Antiochiæ Bohemundus anno 1106. Sed sunt qui scribunt in Iapygia & Canusij suū obiisse diem. videtur quidem Canusij sepulcrum, vt colligitur ex historia Ioannis pontani. Extāt duo apud Clericos Tarentinos priuilegia tam constātiæ quā Bohemundi iunioris, quorum alterum fuit datum anno 1118. & sequenti alterum. In vtroq; continentur dona, quæ tam ab ipsis tum degentibus principibus concessa sunt Cœnobio peruetusto beati Petri Apostoli, quod olim erat in insula, quam ab alijs maioribus. Sūt autem dona, hæc quæ sequuntur. Vfus quarum Cymbarum, seu schifatorum, vt vulgò ibi legitur. quædam domus, in Tara fluuio Molendini vnus constructio, terrarum iugera aliquot, & alia, quæ vetustate corrosa legi non possunt. parum vixit Bohemundus iunior cum Constantia matre, qui tamē Patris vestigia sectatus Gualterio primo Tarentinorum Archiepiscopo nouas auxit iurisdictiones, quo mortuo Tancredus, qui à Bohemundo seniore fuerat puero tutor relictus, & principatum Antiocheni & Tarentini administrator ex eadem Normanna familia Antiochiæ dominium adipiscitur, soror autem Bohemunduli Tarenti, quæ cum marito Raimundo etiam Antiochia donatur à Balduino Rege, cuius præfectura priuauerat Tancredum. quid inde secutum sit, vsq; ad annum 1195. ad nos nihil pertinet, præter illud quod legitur de Rogero secundo, qui Rolemanno Archiepiscopo omnia supra dicta priuilegia cōfirmavit anno salutis 1133. ex voto, quod parentum gratia diuo Cataldo vouerat.

Extinctis penitus Normannis, atq; in Italia iam eorum memoria oblitterata, Hæricus Friderici Anobarbæ, vel dixeris Barbarossæ filius, genere Sueuus cœpit in vtraq; Sicilia regnare. Huic adolescenti Cælestinus tertius anno. 1195. Constantiam Rogerij Regis filiam Deo dicatam, & iam grandænam è cœnobio Panormitano eductam simul cum Regni vtriusq; iuribus matrimonio iungendam curauit, reseruatō tamen annuo censu, qui Pontifici feudatario (vt dicunt) iure quotannis solueretur. Angelo tunc Tarentinæ Ecclesiæ antistiti, eodem anno confirmavit omnia priuilegia per superiores Reges concessa, illaq; ampliora Constituens in suis diplomatibus hæc adijcere cōsuevit verba. In nullo melius saluti nostræ consulimus, quam si Ecclesiarum Dei commodis, & quieti prospicimus. Verba profectò tanto, & quouis Catholico Rege digna, potentatus eminentiam non ab humana, sed à diuina manu cognoscente.

Moritur Henricus Panormi, siue (vt alij) Messanæ anno 1197. & Philippo germano suo Hetruriæ duci Imperij & Regnorum administrationem demādat, eò enim venerat cum Constantia vxore & filio. quadrienne à summo pontifice

tifice inuitatus ad bellum Asiaticum ob Hierosolymam denuo recuperandam. Constantia eius vxor, & ipsa magnæ pietatis mulier confirmavit denuo Ecclesiæ Tarentinæ priuilegia omnia, & ea præcipuè quæ maritus irrogarat, rata ac firma declarans. quod idem fecit filius Fridericus tertio post anno, qui viuentē matre suo in officio piè ac religiosè non modò prudenter se gerebat: illa autem ad meliorem vitam progressa, cœpit immanissimè Ecclesiā lacerare omnibus suis viribus, Romanos infectatus pontifices Honorium III. Gregorium IX. & Innocentium III. vnde factum est vt ab hoc & à communionē fidelium, & ab Imperio per sententias deiectus, cum ingrauē morbum incidisset, à Manfredō spurio filio, ex Ancilla suscepto, quem in Tarentinorum principem iam elegerat, Deo ipso ita sponsam dilectam vindicante in oppido Apuliæ Florentino suffocatur. Sed Manfredus, vt dolorem paterni obitus simularet, in eius tumulo voluit, vt sequentes versus, quales ætas illa proferebat, inciderentur.

*Si probitas sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitas orti, possent resistere morti,
Non foret excinctus Fridericus, qui iacet intus.*

Instituit Hæredem suum ex asse Fridericus, priusquam moreretur Conradum filium, quem sibi pepererat Iola filia Ioannis Brenni Regis olim Hierosolymitani, cuius gratia perpetuus ei ac posteris hæreditario iure titulus eius regni contigisse creditur. Conradum Manfredus veneno sustulit, ingratus quidem, nec contentus quod præter Tarentinum principatum à Friderico patre Siciliæ vterioris fuerit hæres relictus. sed priusquam moreretur Conradus Conradinum suum vel, vt alij, fratris sui Henrici filium instituit hæredē: Manfredus suppressit illius testamētum, conscios quoscunq; veneno sustulit, populos ad Conradini fidem, vt admissa facinora contegeret, est hortatus; misit legatos in Germaniam, qui puerum veneno extinguerent, At mater pueri summam habens curam loco eius alium exhibuit puerum legatis, suspicio nemq; , quam de illis non inanem habuit, in pueri ostensi morte comprobauit. simulauit inde Manfredus Conradini mortem, allegans se fratris hæredē, i deo omnia regni loca occupasse, præsidijsq; firmasse: atq; eius opera atrati quidem nuncij ex Germania venerunt, qui flentes affirmabant Conradinum ab humanis exemptum. simulatoq; mœrore exequias defuncto adolescenti celebravit, quibus peractis Regem se continuò appellari, salutariq; edicto mandauit.

Euocatur ab Urbano pontifice aduersus Manfredum Carolus diui Ludouici Francorum Regis frater, Andegauenis dux, prouinciæq; Narbonensis comes, & ei vtriusq; Siciliæ concessio iure mandat, vt incubatorem Manfredum vi deturbet, deturbatumq; iugulet: iniungit item, vt quadraginta millia

(quibus aliqui octomillia adijciunt) numum aureorum, quorannis Pontifici tributi nomine penderet, atq; ad Romanū Imperiū neq; ipse, neq; quicumq; posthac Neapolitani Reges futuri essent, pateretur assumi. Carolus à Beatrice Condemania vxore trium Reginarum sorore maximè sollicitatus trāsiecit Alpes, & diu Varijs cum Manfredo prælijs congressus illum tandem ad Beneuentum superatū interficit iuxta Colorem fluum, cuius ossa Consentinus Consul, quia communiōe fidelium priuatus occubuit, absq; vllō funerals officio deijci iussit, collecta post modum ad ripam Viridis fluuij à Picenatibus Aprutinos diuidentis, & in Truentum cadentis iussu Clementis quarti sepulta sunt. vixit Carolus in Regni culmine annos vndeuginti. moritur Fogiæ ciuitate Apuliæ clarissima cum annum ageret quinctum & sexagesimum, Carolo secundo, & Philippo filijs relictis, & eius corpus Neapolim translatum in maiore Basilica conditur.

Petrus Aragonius Constantiæ Manfredi filia maritus tentauit vt Siciliam occuparet, quia mortuo Conradino, quem Neapoli Carolus securi percussit, iure hæreditario ad Constantiam vxorem pertineret. Habuit autem occasionem vt hoc faceret, quia in Gallos Rege Carolo secundo conspirarunt omnes Siculi anno salutis 1281. initium defectionis factum traditur à Panormitanis, & certa die & vesperarum hora quicquid in Sicilia Gallorum fuit, ad interneccionem traditum est: quo facto à Carolo ad Petrum Aragonium de fecerunt. Confluxit inde Aragonius cum Carolo, & captiuum in Siciliam, inde in Aragoniam secum duxit, & quatuor annos in carcere detinuit. Philippus Franciæ Rex & Caroli frater patruelis magnum agens exercitum voluit Carolum de manibus Aragonij liberare: commissoq; ad Cathaloniam prælio Philippus fugatus est, & Petrus Aragonius lancea ad faciem vulneratus, cum reuertisset ad villam francam suo ense, equi habenas ab alio & hoste detenti incidens, quia parum diligens fuerat, nec victoria vti sciuerat, mortuus est. Exigit locus vt & alia quæ sequuta sunt, explicentur, testamentum scilicet Petri Aragonij, successio Iacobi secundi eius filij, Liberatio Caroli, obsides ab illo dati, fides ab eodem Aragonio non seruata, renouatio belli inter Aragonium & Carolum, pax rursus per Odoardum Angliæ Regem inter eos facta, coniugium inter Caroli filias Alionoram & Blancam, & Iacobum ac Fridericum Aragonenses, multaq; alia, quæ à diuo Antonio in secunda parte & alijs scripta sunt copiosius, sed nobis curæ sunt ea tantum, quæ ad Tarentinos siue ciues siue principes pertinent, & propterea illis omisis ad Philippum transimus.

Philippus quincto genitus Caroli secundi, princeps Tarenti. tres habuit vxores, quarum prima fuit Romaniæ despota, & ex ea duos habuit filios, & totidem filias. Primogenitus dicebatur Petrus, qui ob maternam hæreditatē Romaniæ despota creatus est, cum duxisset filiā Regis Balearum in Hispania, ex

nia, ex qua nulla suscepta prole moritur adolescens cum adhuc pater viueret, & eius ossa seruantur Neapoli ad diui Dominici iuxta auum Carolum. Alter Philippi filius dictus Carolus moritur cū Petro Grauinę Comite patruo in subsidio Florentinorum. De fœminis hæc tantum habentur, primam Armeniæ Regi nupsisse, alteram Athenarum ducem, & Lycii Comitem ob maritum Gualterium de Briencia fuisse. Ab altera vxore, quæ fuit Maria Caroli Valesij filia, nullam Philippus habuit prolem. Tertiam Balduini Flandriæ Comitis filiam, & Imperatoris Constantinopolitani Catherinam habuit vxorem fœcū dissimam, nam ex ea quinque sibi nati sunt filij, tres mares, fœmellæ duæ: Robertus, Ludouicus, & Philippus; Margarita & Maria. Robertus patrem in principatu sequitur, reliqui alter alteri succedunt. Habent Tarentini nonnulla priuilegia Philippi & Catherinæ cū huiusmodi inscriptionibus. Philippus claræ memoriæ illustris Hierusalem & Siciliæ Regis filius princeps Tarenti iustitarius &c. extant & literæ, quas vocant, exequutoriales, eiusdem Philippi sub anno 1327. in fauorem fratrum dominicanorum, quorum ordinis Prædicatorum dicuntur, pro quibusdam domibus, alijsq; bonis, quibus bellorum causa fuerant spoliati. Catherina Dei gratia imperatrix Constantinopolitana & principissa Tarenti iustitarius &c. Philippi priuilegium vnum datum in hospitali Tripergularum anno domini 1330. primū Catherinæ datum Neapoli 1334. sic & tria sequentia. sed varijs diebus, nec modo Latini, sed & Græci idiomatis. Obijt tandem Philippus Neapoli annum agens sexagesimum, & ad diui Dominici sepelitur.

Philippum (vt diximus) Robertus primogenitus sequitur dictus vt matris hæres Imperator Constantinopolitanus, non modo princeps Tarentinus. eius vxor fuit Maria Burbonæ dux, & ex ea nullos habuit filios superstites. in priuilegijs erat inscriptio. Robertus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus, despota Achaïæ, & princeps Tarenti: Vnum anno 1359. datū Calertæ, quod fuit primum. Tarenti alterū. 1360. Neapoli tertium eodem anno, sic & quartum, & quinctum, vsq; ad vndecimum, sed non eodem die. Moritur Neapoli cum vxore hæc in æde Diuæ Mariæ Virginis, quæ Noua appellatur, recondita, ille ad diui Georgij, cuius cum vetustate diuutum esset sepulcrum, sacerdotum cura ibi rem sacram facientium reconditū est. apparet inscriptio.

Roberto absq; filijs defuncto successit Philippus frater, qui ex Philippi superioris filijs erat tertius. Duxit primò Mariam Caroli ducis Calabriae Consobrini sui & Mariæ Valesiæ materterę filiam viduam, quæ habuerat Carolum ducem Durachij & ipsius Philippi Consobrini: suscepit ex ea aliquot filios, sed omnes in puerili ætate perdidit. mortua Maria & in Cænobio Sanctæ Clare Neapoli sepulta, Transijt ad secundas nuptias cum annum ageret trigessimum octauum, & curreret annus Domini 1368. & duxit vxorem Elisabetham filiam Stephani tertio geniti Regis Vngariæ, ex qua nullos habuit filios

filios. Vterq; Tarenti moritur, & sepelitur in æde Diui Cataldi. Philippus ab anno 1363. vsq; ad 1370. concessit Tarentinis multa priuilegia, & his ornabatur titulis. Philippus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus; Romaniae despotus, Achaiae, & Tarenti princeps. Margarita prima eius soror, quæ uiuo patre fuerat Regina Scotiae, in scijs fratribus alterum habuit virum Franciscu de Baucio Montis Caueosi comitē, qui Nuptiarum ergo Andriae ducatu ornatus est. & inde natus est Iacobus de Baucio dictus & ipse Imperator Constantinopolitanus & princeps Tarenti. In Margarita finem habuit, dum Neapoli moritur viri causa ibi detenta, Philippi principis Tarentinorum domus: nam Maria altera soror virgo inuupta obiit 1348. & Ludouicus frater Ioanne maritus 1362. Habent Tarentini à Francisco priuilegium in undecim distinctum Capita, cuius Titulus. Franciscus de Baucio dux Andriae & Comes Montis Caueosi, ac Baroniarum Bettae, Theani, & Misani maritus Imperatricis. &c.

Roberto Caroli secundi tertio genito, qui ob Caroli martelli fratris obitu, & ob Ludouici Episcopatum & religionem, patri successerat, absq; filijs mortuo, contigit vt Regnum veniret ad Ioannam primam Roberti neptem. pauca scribimus de hoc principe; quia pauca sunt ad rem nostram spectantia, quorum illud notissimum, quod in Archiepiscopi scripturis legitur, anno scilicet 1316. concessisse Gregorio tunc praefuli in oppido Gryptaliarum Nundinas per octo dies. qui plura uolet de hoc Rege cognoscere, adeat diuum Antoninum, legat Blondum, videat Franciscum Petrarcham.

Dum Robertus esset in extremis legauit, vt Andreas Caroli martelli fratris sui filius ducta Ioanna eius nepte Regnis praesesset. Ioanna uolens aui sui uoluntatem perficere, accepit in virum Andream, quem ex corporis habitu Andream uocabant. & cum eo, & in Apulia & in Sicilia tres annos regnauit. demum cognita uiri illius seordia, quamuis ex eo praegnans esset, Auerfae suspendi laqueo mandauit. quod fuisse tradunt anno Domini 1345. in mēse Septembri, cum tertium infelix & uigesimalium aetatis annu ageret, sepultuq; patet in maiore Neapolitana basilica. huius principis necē deflet Franciscus Petrarcha lib. Epistolaru sexto ad Barbanum Sulmonensem, epistola, cuius initium est. Heu quam uolenti.

Transijt Ioanna ad secundas nuptias cum Ludouico filio Philippi principis Tarentinorum. sed Ludouicus Hungariae Rex & germanus Andreae laqueo necati, audito tanto scelere uenit cum exercitu in Italiam ad uiscendam fratris necem, & bello per septennium magna clade attriuit Regnum, cuius initio cepit Sulmonem, etenim Sulmonenses resistere absq; vlla trepidatione pro suis Regibus ausi fuerat. Ioanna interim & Ludouicus eius uir Tarentinus princeps dictus aufugere Narbona relicto in Regni custodia Carolo Dirachino, filio Ioannis Peloponnesi idest Moreae principis: hunc Hungarus Rex captum

captum cum suo praesidio capite plecti mandauit eodem in loco, ubi Andreas frater tam impiè & inhumaniter fuerat suffocatus. Neapolim postea se contulit, & eò, cum nullus obstaret, ingressus nouam occupauit arcem ipsa (vt ferunt) consentiente Ioanna: & multos, qui ab illa in fratrem steterunt, proceres in carcerem detrusit, ab anno 1347. vsq; ad 1352. Facta est demum inter Hungarum & Ioannam pax, & in Regnum reuersa consentiente Clemente quinto accepit cum marito coronam Regiam, nam primò his conditionibus illi nupserat, vt solo Tarentino principatu contentus sineret vt ipsa Regiam exerceret auctoritatem. Regina Aueniensem urbem, quæ sui erat patrimonij vendidit Pontifici: at ille remisit ei loco pretij tantundem, quod iure feudi Apuliae debebat, nam tot grauib; iactata casibus non fuerat soluendo. Habuit Ludouicus ex Regina duas filias Catherinam, & Francescā, illa moritur quinquennis, hæc sexto die post parentum coronationem. 1352. de tota hac rescribit Poggius in lib. de uarietate fortunæ, & Petrarcha ad Philippum Caualicensem Episcopum his uerbis. Rex Siculus dilatatum diadema recepit, interq; eum & Hungaricum regnatorem pax nunc aeterna conuenit. Post decennium migrat Ludouicus e uita absq; filijs die Iouis septimo calend. Iulij. magnifica uista more Regio sunt in diui Domini, ubi filiae sepultae fuerant. corpus uero transfertur Neapoli ad Monachos Diuae Mariae Montis Virginis, ubi eius mater erat reposita Catherina Flandrensis comes.

Fuit tertio Ioanna uxor Iacobi Regis insularum Balearum, quo etiam breui uita defuncto, cum non concepisset ex eo, habuit uirum Othonem Bruycensem ducem Theutonicum, quem noluit Regem appellari, sed Tarentinum principem, sic enim ipsa met illum appellat in suo (vt uocant) indulto proceribus quibusdam Neapolitanis factò, qui de primatu inter se contende-bant, orta controuersia inter nobiles platearum, quas uocant Portæ nouæ, Portus, Sancti Archageli, Nidi, & Capuanæ. Othone uiuo Ioanna fuit regno spoliata non à posthumo filio, quem ex Andrea conceperat, vt multi contendunt, (ille enim puer quadriennis in Hungaria, quò à patre Ludouico missus fuerat, moritur) sed à Carolo tertio, qui Urbani sexti mandato uenit Neapolim anno salutis 1381. accepto Romæ regio diademate. Oderat Urbanus Ioannam, tum quia fauere ausa fuerat Clementi septimo Antipapæ: tum quia dicebatur adoptasse sibi in filium, quia ex Othone non conceperat, Ludouicum Andegauensem ducem Regis Francorum filium. nullo igitur obuiam ad resistendum exeunte, Carolus urbem ingressus Regiam in Castro nouo obsedit, & Othonem uirum à suis captum militibus custodiri praecipit in arce Sancti Felicis. & cum per ditionem Castrum intrasset nouum Regiam capit, captam necati mandat occultè tunc aegrotantem puluillo ori adiecto. Otho uxoris morte audita aufugit, carceris sui custodibus pecunia corruptis, sed paulò post moritur Fogiæ. Huius Ioannæ extant in arca scripturarum Archiepi-

Archiepiscopi Tarentini nonnulla priuilegia, donationes, atq; immunitates ab annuo censu Ciriæ regiæ soluendo Casali atq; Ecclesiæ Gryptaliarum.

In Philippo iuniore diximus ex Francisco Baucio, & Margarita Philippi fo-
rore natum Iacobum, qui ab Aloysio Andagauensi principatum obtinuit
Tarentinum & Lycij comitatum, atq; uxorem duxit Agnetem Dyrrachini
Caroli filiam, quæ Cani Scaligero prius nupserat, & fuit dictus Imperator
Constantinopolitanus ob Robertum & Philippum principes Tarentinos auū
culos. post Agnetem uxorem Neapoli mortuam, ex qua prolem nullam ha-
buit, ipse moritur Tarenti, & sepultura marmorea conditur, quatuor adhuc
è marmore columnis superposita, duobus leonibus ad basim seruientibus. Ap-
parent incisæ præter insignia huiusmodi literæ circa frontem sepulturæ car-
mine heroico.

*Hoc tuus Andria dux Franciscus Baucia proles
Extruxit templum. Iacobit egit ossa Tarenti
Principis; huic mater Caroli de stirpe secundi
Imperij titulis & Bauci sanguine claro:
Hic Romania & despotus Achæus vrbes
Subiecit bello.*

Hoc sepulcrum me puero fuit eductum de Sacello brachij sancti patris
nostri Cataldi, atq; apertum: & ibi fuerunt reperta ossa Iacobi cum Dalma-
tica auro serico contexta, manipulo, stola, sceptro, corona, regijs insignibus.
Tradunt alij suum Adriæ obiisse diem, indeq; cum marmoreo sepulcro Ta-
rentum translatum.

Raymundum, quem Romandellum, vel Raymundellum cognominabāt,
susceperat Iacobus ex primâ uxore, sed natu grandiorē expulit à se, ille au-
tem intendit in Syriam, ibiq; cum contra Pænos multa egregie fecisset, ac fe-
rocissimum quendam Saracenum militem interemisset, victor in Regnum
reuersus, mortuo patre, Tarentino principatu dignus habitus illum nullo ne-
gocio obtinuit. Neq; solum præfuit Tarenti, sed & Hydrunti, Brundisij, Lycij,
Martinæ, Vxenti, Herithi, Gallipoli, Hostunij, Bituntī, Motulis, Bitettæ, &
Cupressani præter oppidula, quæ vulgo Casalia vocantur. & cum esset Ioan-
næ superiori carissimus, ab ea dono recepit Soletum Græcorum oppidum.
Habuit uxorem Mariam Engeritâ Francorum sanguine clarissimam, ex qua
habuit multos filios, & filias, omnes quidem magni nominis, sed de Ioanne
Antonio Tarentinorum principe nobis erit dicendum. Notatur & illud præci-
puum de Raymundo, quod Urbanus pontifex cum contenderet à Carolo,
quem ad Regiam prouexerat dignitatem, vt suus nepos. Butilus nomine, nul-
lius neq; virtutis neq; consilij Capuæ saltem princeps eligeretur. Carolus, vel
quia non expedire sibi hoc sentiret, vel quia tanti beneficij esset immemor
prohibuit

prohibuit Urbano bellum contra se paranti adhibitis custodibus exitum vr-
bis atq; palatij. Obtinuit tandem pontifex, dissimulata ad tempus iniuria,
veniam à Rege, vt ob æstus vitandos Nuceriæ commorari sibi permetteret,
ibi post veniam à Rege impetratam contra illum inchoauit (vt dicunt) pro-
cessum, missa de more per Satellites citatione, qui breui se venturum Nuce-
riam respondit, diluiturumq; obiecta crimina non verbis modò, verum etiâ
armis. Nuceriâ itaq; cum satis magno exercitu veniens, urbem obsedit,
cum pontifice. qua indignitate motus Raymundus, suis fretus copijs, quas
sub Rege ductauerat Urbanum, & totam eius familiam ad proximum dedu-
xit litus, vel Barium (vt alij) & Genuensium triremibus ad id instructis para-
tisq; imposuit.

Extant apud Tarentinos quatuor Ladislai priuilegia, quorum tria præce-
dentia data sunt eodem anno 1407. & mensibus Martio, Aprili, & Maio. vl-
timum anno sequente. Hic Ladislaus fuit filius Caroli tertij, & cum esset puer
Urbanus pontificem habuit aduersarium, qui ob paternum ex prædicta in
Raymundo causa odium regnum illi subuertere cupiebat: sed Caietani ma-
gna, vt subditos decet, vsi fide, & puerum & Regnum seruarunt. Cæpit Regnū
in Apulia, cum esset annus Christi Saluatoris 1385. mortuo patre venit in Ita-
liâ, quia in Apulia prosperè minimè succedere audiebat. Regnavit ibi vnde-
triginta annos, coronam adeptus per Bonifacium Papam quinto post anno
priedè Calend. Junij. Anno 1408. cum Ladislaus in Apulia obsideret ciuitatem
Tarentinam, vbi dominabatur ducissa Maria olim vxor Raymundelli Bau-
cij cum filijs suis, post multa prælia eâ duxit uxorem, (duas enim priores per-
diderat, alteram diuortio, veneno alteram) cum filijs Tarentum accipiens.
Hæc vocata fuit Regina Maria. Ladislaum ferunt concubinæ dolo in actu ve-
nerio venenatum occubuisse, atq; per Ioannem tertium & vigesimum excō-
municatum anno quinto vel sexto post occupatum Tarentum.

Ioanna huius nominis secunda Ladislai Regis tanquam legitima hæres, fra-
tre absq; liberis defuncto, & ad Ecclesiam Sancti Ioannis à Carbonara Nea-
poli sepulto in Apuliæ regnum successit, & regnavit annos vnum & viginti
accepto diademate à Martino tertio, qui & quintus dicebatur. Hæc anno
1414. concessit Tarentinis multa priuilegia, & omnia quinto idus Septem-
bris data. Improbatur in hac Gynæcocratia naturæ legibus inimica, quæ viis
prudentiâ, robur, animi magnitudinem, imperâdi vim dedit, fœminis ademit.

Ioanna ob Geldriæ Ducem maritum vita defunctum, vidua, vt vitaret or-
tam de se & ab omnibus creditam infamiam, nupsit Iacobo Burbonio Mar-
chiæ Demarcho certis conditionibus, nempe ne titulum Regis vsurparet,
aut regiam ageret personam, sed Tarentino contentus principatu, quem fra-
ter Ladislaus (vt dictum est) occupauerat cum eius vectigalibus Regni admi-
nistratio libera sibi permaneret. multi ex proceribus Regni, cum inuiderent

Sfortiæ inclytæ Sfortianæ familiæ antesignano, datis ad Iacobum vnis, binis, ternisq; literis, illi persuaserunt, vt nomen animumq; afferret Regium, nulla enim sibi ita venturo defutura essent auxilia. duabus igitur nauibus Venetijs Manfredoniam breui appulsum omnes proceres occurrentes Regio nomine salutarunt, Regemq; appellarunt, solus Sfortia, cui ob ductam Catarinellam Pandulphi sororem Regina liberalitatis digressa terminos largita fuerat Beneuentum, Manfredoniam, Barolum, itemq; Tranium vrbes, quibus viginti oppida partim in Appulis & Samnio, partim in Brutijs atq; Lucania adiecit, ad Beneuentum obuius saluum aduenisse comitem gratulatus est. quare Iacobus ira concitus in Beneuentanam arcem illum conijci, equitatumque eius omnem è vestigio diripi, oppida per vim cum vrbibus eripi mandauit, mox Beneuento in insulæ Megaris arcem, cui ab ouo nomen est, deuectum acerbissimis tormentis cruciare decreuerat. Summo omnium applausu Neapolim Iacobus excipitur, vna omnium voce Rex salatur, Arcemq; nouam prodente Auerfano comite, cui à contrario euentu Seruatori nomen erat, ea potitur, interfectoq; Pandulpho Alopo, qui alter cum Sfortia Reginae concubitor credebatur, nuptiales mensas eius sanguine conspergit. Potitus regno Gallos vbique præfecit, vrbibus illos & oppidis donauit. Neapolitanis etiam & cæteris regni proceribus omnino septis Regnum Consilio armisque Gallorum administravit. Regnam coniugalis quidem tori consortem fecit, sed erepta totius imperij potestate multis oneratam probris, Toro (quod muliebrem animum asperius vulnerauit) sapius ablegatam, & seuerè castigatam, ne diffugeret, à Gallis custodiri iubet. Sed duo Neapolitani, altitudine animi insignes eripiendæ, asserendæque in libertatem Reginae, ac expellendi Regis negocium susceperunt, Othinus Caracciolus, qui inter optimates auctoritate & opibus præcellebat, & Anechinus Morominus popularium princeps. Hi cum Regnam, quæ festo quodam die à viro licentia impetrata de Arce exierat, à dextra, sinistraque comprehensam comitarentur, stipati valida iuuenum manu eam in Capuanam arcem perducunt. Ex templo Reginae nomen acclamatur, inuaduntur Galli, totaque vrbe fugati in arcem compelluntur. Rex ad inopinati periculi discrimen consternatus portas claudi iubet. Neapolitani ex aduerso circumuallare arcem, egressus obstruere, & latè obsidere Regem pergunt. Quibus rebus non modò dignitati, sed & saluti vehementer timens, nudatusq; omni militum præsidio, & Consilij penitus inops, his conditionibus in deditiorem est receptus, vt in posterum Regijs titulis abstineret, Tarentinus siue dux, siue Princeps, siue Comes mallet, appellaretur; Gallos verò omnes, præter quadraginta, in Galliam remitteret, & Sfortia statim custodia emitteretur, redderenturq; ei vi erepta oppida, ac renouato veteri honore Magister equitum crearetur. Vix vndecim mensibus Iacobus regnauerat, cum nobilissimorum ci-

rum ciuium quos honoribus priuarat, cōspiratione in potestatem Reginae reductus, eum superbiæ & crudelitatis exitum tulit, vt Talionis pœnam subiret, sed demum impetrante Martino summo Pontifice, quum liberiore custodia seruaretur, nauigio repente conscenso Tarentum, vbi princeps erat, profugit. Eam Vrbem Regina potente exercitu obsidendam iussit, & huius Belli onus Ioanni Antonio Vrsino iniunxit, vt inde expulso Iacobo ipse Tarentinus esset princeps, sicut Raymundas fuerat pater. Sed Iacobus à pluribus sibi adhærentibus deceptus venit in conditionem cum Ioanne Antonio per Mariam eius matrem, & accepta nescio quanta pecunia in Gallias delatus, & religioni addictus Anachoritæ pallio utebatur, superstes Reginae, quæ Neapoli absq; liberis moritur anno 1435 quarto nonas Februarij.

Statui paterno, hoc est Tarentino principatui adiecit Ioannes Antonius prædiues Barium, Montem pelusium, Pomaricum, Materam, Aquauuiam, Mineruinum, Rubos, Casamaximam, cum Labello, quæ oppida sunt in Lucania & Peucetijs: at in principatu vltiore Flumarum, Vicum, Cædoniam, Bisacciu, Carbonariam, Accadium, Carisfram, Vallatum, Sanctumsofium, Castellum, Sanctum Nicolaum, Torcarinum, Guardiam Lombardam, Montem Apertum, Bonitum, Molitum, Montem acutum in Campania autem emit Marilianum, & Acerras peruetustam ciuitatem. Expulso ratione superius dicta Iacobo, in quo verum cognitum est prouerbium, secundam fortunam stulto viro nequaquam esse diuturnam, variam atq; inconstantem sese ostendit Regina, illa tandem mortua præualuit Alfonso Rex Aragonius è citeriore Hispania accitus, quem florentem armis, pluribusq; rebus gestis insignem Regina ante alios adoptauerat. & Neapolim post diuturnam obsidionem peruium cœpit, Renatoq; expulso victor regno potitus est. fuit Alfonso Ioannes Antonius Carissimus, & ab illo non modo fuit adiutus in persecutione, quam passus est à Regina, quæ dolens Tarentinum principatum à sua ditione præreptum, Iacobum Caudolam Bari ducem in eum mouerat cum exercitu, vt tanta dignitate spoliaret, sed etiã confirmatus in principatu, fuit ab eodem electus magnus Connestablius, qui magistratus in regno primas habet in militia, reditusq; erat eius centum millia aureorū, cum obligatione tamen, & quoties opus esset, iussu Regis Ioannes Antonius armatos secum haberet mille equites, quos vocant leuis armaturæ. Eius vxor fuit filia Iordanis Colūnæ, fratris Martini Pape, & ab ea nō suscepit filios. De qua sic scribit Calentius ad Hiaracum. Veni ad Annā Colūniā Tarentinā tuo & Regis iussu: nunquā vidi tanti corporis mulierē. ea domū penē omnē sedens cōplebat ita vt stāte mihi deesset locus ad dicendū. Os magnū, oculi vt bouū putares, grādia mēbra omnia supra quā credibile est, & vox Lege. cūq; literas illi Regia manuscriptas redidisset legit, & gratias egit scriptori, qui tam blandā, ac candidā epistolā dedisset. post collecta paululum veste, ac sella posita

me sedere iussit, & si qua superessent, dicere, sedi, dixi, audiuit, respondit. Summa est hæc, se iniussu Regis non abituram, verum signa fugæ sunt lætica ante fores, nauis in portu Brundusino parata, comites in equis, per domum solliciti clientes, quid ultra me detinet tibi renunciare. quare his literis scias velim vt si quid facti opus sit habeas & quid cogitandi tempus, & disturbandi. viue. & paulò post. Diluculo mulier abiit Hiarace, puellas secum duxit, quatuordecim equites sexaginta, aureorum millia decem ferè, suppellectilem reliquit, iter facit versus Saletum oppidum Scito. Habuit tamen Ioannes Antonius, nothum quendam filium, qui cum nullius esset valoris donatus ab illo est Lycij comitatu. Habuit & tres filias illegitimas, quarum prima fuit vxor Iulij Antonij Aquæuiuæ. S. Flauiani Comitit, dos eius creditur fuisse Bituntum, Cupressanum, & Bituntum ciuitates cum his oppidis Casa maxima, Ioia, Cassano, Nucibus, Turri, & Castellano. Altera fuit vxor Comitit Catanzarij, qui fuit primo genitus Marchionis Crotonis, in tota tunc temporis Calabria potentissimi. Tertiam duxit Iacobus Sæuerinus. Priuilegium Ioannis Antonij, quod habent Tarentini, datum anno 1432. Calend. Septembris fuit illud, quod continet discrimen inter Tarentinos & Vritanos, de finibus ac terminis agrorum. Huius principis iussu fabricata est Basilica Sancti Antonij Patauini, sicut docent duæ Tabulæ lapideæ cum insignibus ipsius principis Latinis & Gallicis literis idem continentibus. Habitant ibi fratres minores, qui de obseruantia nuncupantur. Vtriusq; tabulæ literæ id sonant.

Ioannes Antonius de Baucio de Vrsinis Tarenti princeps, dux Barij, Lycij, comes, regni Siciliae magnus Conestabulus. &c. Hanc construi fecit Ecclesiam sub vocabulo & nomine beati Antonij annis Christi M. CCCC. xlvij.

Est & tertia tabula, quæ rudiores quosdam versus, quales ætas illa parturiebat, continet, hoc ipsum idem demonstrantes, adscripti ne ab aliquo desiderarentur.

Hæc domus Antonio Patauino sacra locatur,

Principe Ioanne Antonio dominante Tarenti,

Sub quo præses erat fidus Nicolaus ibidem

De Cupressano Leonardo milite cretus,

Mille quatercentum septem Sol aureus orbes

Arce sub Aetherea Christi quadraginta rotabat.

Ab eodem principe fuit constructum Sacellum beati eiusdem Antonij, quod cratibus ferreis voluit circumdari, & ibi apparet ipsius statua genuflexa.

De Alfonso primo scribimus hæc pauca, quia & ab ipso Tarentini habere priuilegium, vt scilicet in vtraq; Sicilia ciues haberentur, omniumq; immunitatibus gauderent. Hic cum liberis ex iusto matrimonio careret, Ferdinandum, quem susceperat ex pellice ducem Calabriae declarauit in spem suc-

cessionis

cessionis, cuius res vt validius constitueret Isabellam Tristani Claromontis filiam qui erat dux Venusinus, Ioannis Antonij ex Catherina sorore neptem vxorem habere voluit. Quæ ab Alfonso pro Neapoli præsertim ornanda, & arcibus & mole, & portu, & rebus militaribus, & studijs scientiarum, & Reipub. administratoribus facta sunt, quia parum ad rem, quam scribimus pertinere viderentur, prætermitto. Cæterum ingrauescente ætate febre correptus anno salutis 1458 haud multis post æstiuum solstitium diebus fato functus est, cum Neapoli, quam Urbem per aquæ ductus immisis militibus Renato abstulerat anno 1442. annos sexdecim regnasset, ætatisq; suæ annu agens quartum & sexagesimum, in morbum tradunt incidisse, quia Hyeme in Apulia profectus Aucupij ac Venationis studijs vltra vires indulisset.

Ferdinandum ab Alfonso huius nominis primo in Regno Neapolitano hæredem institutum Reguli omnes & ciuitates missis vndiq; oratoribus, Capue conuentu habito Regem salutarunt, & in eius verba de more iurarunt, præter Ioannem Antonium Vrsinum Tarentinorum principem; oderat enim Ioannes Antonius Ferdinandum, siue quia indignum censebat homini illegitimo subesse, siue quia rumor erat Regem concubuisse cum Rossani principis vxore, cuius ipse Ioannes Antonius erat ex Raymundo & Maria frater. Noterat Rex principis animum minimè tranquillum, quippe cui ab adolescentia seditiones in se, discordiasq; gratas fuisse intelligeret. Erat Ioannes Antonius (quis enim veritatem occultaret?) vario & non satis constanti ingenio, ac parum firma amicitia, apud quem etiam sancti honestiq; non tantus respectus, quantum studium, quantaq; cura erat eius assequendi, quod animo destinasset, atq; vt sui parcissimus, vtq; in bello abundè timidus, sic in pace parum fidens suis, aut amicorum opibus, quæ longa & maximè quieta Alfonso pax malè habuerat. Is igitur per finitimas ciuitates, locaq; opportuna clam summittere cœpit, qui alijs præmia, alijs delictorum condonationem promitterent, nobiles alios suæ inopia, alios gloriae maiorum admonerent. Regulos vt quemq; vel Cupidum rerum nouarum, vel ære alieno pressum, vel rei suæ pænitere intelligerent, tentare, hortari, sollicitare, multa pollicendo erigere, opes eius ostentare, ne desinerent, deniq; belli eum auctorem ac ducem offerrent. His atq; alijs animos hominum ad belli studia cum impelleret, in Galliam quoq; ad Carolum Regem, & Genuam ad Renati filium mittit, qui eos ad Regnum armis repetendum hortentur, omnibus deniq; artibus participes socios, duces consilij sui quærir, atq; habere tentat. At Rex artes illius veritus, nunc per literas, interdum per oratores, aut amicos, operam dabat, illum vt conciliaret, appellabat eum patrem, confitebaturq; Alfonso parentem non nisi per eum regnum fuisse adeptum. Sed iam (vt diximus) principis in se odium animaduertent Rex, quando erat dux Calabriae viuo adhuc patre, neq; sibi in hac re profuit Isabella neptis matrimonio iuncta, quæ nunquam cessauit auun-

uit aunculum accusare, deq; illo conqueri, quod per eum sibi non licebat cum marito quietè viuere, & Regno frui. nunquam tamen quieuit Tarentinus princeps, quousq; aduersum Regē arma moueret, & mouit tandem, bellumq; illud à Ioanne Pontano, de quo prædicta omnia collegimus, elegantissimè scriptum per biennium ferè gestum est, donec Ioannes Antonius hoc modo è vitâ commigrasset. Dum Ferdinandus Suesam obsideret, leuibus ex inijs de pace cœptum est agitari: cumq; intelligeret Ioannem Antonium quartana in dies magis magisq; premi, cupiens in Apuliam quam primum, finitimaq; Tarentinis loca cum exercitu proficisci, pax iam facta descendentem in Apuliam Regem Antonius Vidanus Sanctipetrinās. & Antonius Agellus Tranensis adierunt Principis legati, ijq; Romam, vti aiebant, ituri. Habitō secum congressu Rex illos ad Ioannem Antonium remisit, qui agrauante quartana Idibus Decembribus in arce Altamuræ diem obiit. Mors tamen eius suspicione non caruit: nam uterq; Antonius in suspensionem cum venisset ini cum Rege consilij, subminatus in cubiculo solus cum esset, ac sine testibus, princeps eis fuerat, vbi Tarentum, quo properabat, peruenisset, securi quam primum in illos animaduersurum. id à puero, qui assiduus in cubiculo versabatur, clanculum, & quasi non audisset exceptum, atq; ad alterum ex Antonijs perlatum, à quo blanditijs pollicitationibusq; delinitus puer fuerat, præproperandam ad necem perpulisse vtrunq; creditum est. Itaq; multam ad noctem ingressos cubiculum, vt qui repentinum aliquod afferrent, somno, morboq; oppressum strangulasse, statimq; ad Regem misisse mortis nuncium. multaq; comperta violentæ mortis signa, statim diuulgatum est. Mortuo principe Ferdinandus dispositis per oportuna loca copijs, Tarentum proficiscitur, ibiq; inuenit pacata omnia, mox per totum ferè commeans Regnū, nullum alicuius nominis oppidum adiit, vbi non benignè liberaliterq; fuerit à ciuibus acceptus: ipse omnes publicè priuatimq; ac præsertim benè meritos quosq; prosecutus est priuilegijs, muneribus, beneficijs, & alios liberauit vctigalibus, alios ornauit stipendijs, & equestri prærogatiua. Extant apud Tarentinos multa huius Regis priuilegia, quæ singula multas habent illorum pro Reipub. vtilitate petitiones. sicuti priuilegium, quod fuit in arce Tarentina expeditum sub anno 1463. & Regni sexto, duas & quadraginta, quæ & ipsi Tarentinæ, quam dicunt, vniuersitati conducere tunc censebantur, ac certis quibusdam ciuibus. Sed inter eas secunda admodum credita est laudabilis, qua petebant, vt Rex Urbem ipsam tutaretur, atq; cōmuniret, haberetq; suo sub dominio, neq; pateretur posthac vt sub principali esset potestate, nisi qui futurus esset princeps, eius foret legitimus filius. Priuilegium item Auerfæ datum 1464. vndecim habet petitiones. priuilegium in arce Noua Neapolitana sequenti anno datum 1465. quadraginta septem continet particulas de modo viuendi ipsorum ciuium, cuius initio hæc leguntur verba. Ferdinandus

Dei

Dei gratia Rex Sicilia, Hierusalem, Vngariæ vniuersis & singulis præsentibus literas inspecturis tam præsentibus, quam futuris. Illis instinctu dignæ considerationis inducimur benefacere, quos nobis nouimus probabili experientia seruiuisse: sed ad illos potioribus beneficijs efferendos deflectimur, qui pro fidei obseruantia forti constantiq; animo labores atq; pericula diuersimodè subierunt. sanè in mente nostra sæpius reuoluentes, quod propter integrā fidem, quam Vniuersitas & homines ciuitatis Tarenti nostri fidelissimi signāter post obitum quondam illustris Principis Tarentini erga statum nostrum opere & effectu demonstrarunt, se & ipsam ciuitatem spontè & voluntariè nobis dantes & assignantes, quo fit vt pacatis belli fremitibus pax extemplo suborta sit, eorum quidem opera & exemplo multa & complurima alia beneficia nobis subsecuta sint. &c. in fine autem hæc. Quibus quidem Capitulis maiestati nostræ porrectis nomine præfatæ magnificæ ciuitatis, & hominum Tarenti fuit nobis humiliter supplicatum, vt dicta Capitula, vnà cum decretationibus adiectis iuxta ipsorum seriem & tenorem benignè confirmare, ratificare, approbare, conualidare, concedereq; & indulgere dignemur, ad diuturnam firmitatem, perpetuumq; robur. Nos ipsius magnificæ vniuersitatis & hominum precibus clementer annuere volentes, repetentes memoria quantum ipsi vniuersitati Tarentinæ & hominibus eiusdem ciuitatis debeamus, quippe qui quam primum eis licuit, partes nostras illicò secuti sine vlla armorum vi vltro sese nobis dediderunt, nomen nostrum inuocauerunt, nos in urbem receperunt, & summa veneratione præclarisq; honoribus prosecuti sunt, quæ res nobis quietem peperit, regnum stabiliiuit, & nomen nostrū reddidit & venerandum & formidabile, exemplumq; fuit, vt caput pleraq; mēbra sequerentur. Considerantes etiam quantum nostra interfit, vt hæc præclara vrbs, quæ olim Romanis ipsis formidabilis fuit pro virili nostra instauratur, ne madidum nobileq; Tarentum, vt veteres appellabant, ad internitionem adigatur, sed pristinam dignitatem aliquando accipiat. Impulsi etiam, quod hæc Capitula maiestati nostræ porrecta prudentissimè instituta & egregijs rationibus adiuuenta ordinataq; sunt. quodq; partes nostræ sunt hanc urbem insignem fauoribus prosequi, beneficijs cumulare, nostrisq; gratijs fauere, & omni ex parte tanquam urbem claram inter Regni nostri primates, denobisq; benemerentem carissimam habere &c. Vt omittam alia ad annum vsq; nonagesimum primum post mille & quadringentos expedita. Suscepit ex Isabella coniuge Ferdinandus plures filios, quorum primogenitus fuit Alfonso dux Calabria, alter Fridericus, tertius Ioannes Cardinalis, qui fuit Tarentinus Archipræsul, quartus Franciscus. sceminae fuerunt Helionora, quæ Herculi Estensi, & Beatrix, quam Matthiæ Pannoniæ Regi, Tertia Spuria, quam Antonio Pij summi Pontificis propinquo locauit. Henricum item Spurium habuit, ex quo genitus Aloysius, qui neptem Innocentij Pontificis pa-

ctam

Etam prius matrimonio habuit: mox Pontifice defuncto abdicata, Cardinalis Tarraconensis est à successore creatus. è Regijs filijs Franciscus & Ioannes Cardinalis, & Henricus, Iuuenes admodum defuncti patre superstite. Varia Ferdinandus per se & per filium Alphonsum gessit bella. etiam cum proceribus Neapolitanis rursus mortuo Ioanne Antonio est tumultuatus. Hinc illa conspiratorum comprehensio, in carceres coniectio, ac demum silentio noctis omnium occisio, & nonnullorum per frustra concisio. Anno etiam Dei nostri humanati 1480. quando Mahumetes Græciæ domitor Rhodum maximis viribus opugnabat, improuisus Turcarum aduentus, qui oportunitate breuissimi tractus freti ab Aulona totaq; Epiro accitis copijs, non modo Apuliam, sed cunctam Italiam incredibili terrore compleuerat. Sed Hydruntū in Saleutinis urbem breui accepit, decimo septimo vix in obsidione oppugnationeq; consumpto die. Vnde coactus Rex Ferdinandus Alphonsum filiū à Florentinis armis ad Regni subsidiū reuocauit, & ad Hydrunti reparationē; iniunxitq; Raymundo baucio Vxenti Comiti, vt statim Tarentum, cui à Turcis maximè timebat, se conferret cum præsidio peditum quadringentorum. In bello autem aduersus Turcas pro Hydrunto ab illis recuperando tenuerunt Tarentini quatuor onerarias naues, vnāq; triremem, & transmiserunt trecentos pedites, quibus ipsi victum ære publico subministrabant, sicut legitur quibusdam in Regijs literis, quæ Neapoli expeditæ fuerunt decimo octauo Calend. Septembris anno 1482. quibus mandabatur, ne Tarentini vexarentur in solutione, quam extraordinariam vocant, qua de re extat adhuc processus. Mors Mahumeti Turcarum Regis, qui fœdus cum Venetis aduersus Ferdinandum inierat, magnam Alfonso occasionem, quam citissimè Hydrunti reparandi porrexisset creditur. nam Turcæ audito Imperatoris sui obitu, quotquot intra Hydruntem erant, saluis rebus illi se dedidere, aliquot Alphonsum inter suos milites detinuit, sicut scribere videtur Antonius Galatheus Ferdinandi Medicus. Moritur Rex Ferdinandus intra biduū ex morbo & Cattarhi descensu, quæ ex immoderata Venatione conceperat, octauo Calend. Februarij, hora decima septima, anno salutis restitutæ, 1494. & sexagenarius decessit, cum annos vndequadraginta regnasset. ac statim Alphonsum eius primogenitus iustis regali pompa defuncto patri persolutis ad imperium euehitur. Rex in primis à Federico fratre natu minore, reliquisq; Neapolitanis principibus salutatur. auditaq; gratulantium, qui aberant, procerum legationes, urbiumq;, quæ vndiq; officij gratia Neapolim coibant.

Alexandro pontifici huius nominis sexto, qui antea Rodericus Borgia nūcupabatur per oratores suos humiliter supplicat Alphonsum Iunior pro bulla Pontificia, quam omnium Cardinalium consensu annis superioribus fecerat Innocentius octauus, qui Alexandrum præierat. in legatione autem fuerunt, ipso ita iubente, Eugenij, Nicolai, Pij, & Sixti inuestituræ recensitæ: & demū

Alfon-

Alphonsum Apuliæ & Siciliæ Regno, quia viuo patre Dux fuerat Calabria, inuestitus est: hoc enim erat consuetudinis, vt primogenitus Regis, dū pater dominaretur, Ducis Calabriae nomen haberet, et qui Dux fuerat, Rege mortuo, in Regem eligeretur. Sic Ferdinandus senioris Alphonfi filius, qui ante paternam Coronam princeps erat Capuanus, Coronato patre Dux Calabriae est electus. Ad Alphonsum autem quo de agimus, inuestiendum ex sacri Senatus Cōsulto declaratus fuit legatus Ioannes Borgia Pontificis nepos, sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis Montis regalis nūcupatus, vir & auctoritate, & integritate maximus. & missus Neapolim cum ingenti prælatorum, & curialium comitatu Regem inuestiuit, & coronauit 1494. octauo Idus Maij. Quod tanta cū solemnitate exactissimaq; ceremoniarum omnium obseruantia factū fuisse legitur, vt nullū vnquam sacrum solemnius in ea vrbe præclarissima ita per celebre fuisse credatur. Quæ ad Tarentinos pertinet. Alphonsum cū patre viuo exactis Hydrunto Turcis muniendum Tarentū curauit. fuerat (vt diximus) antiqua vrbs munitissima, & murus cētū circa turribus iungebatur: vltima quæ tūc temporis adhuc stabat Centenariæ nomē seruabat, aliarum lapides admuniendā, & instaurandā urbem Alphonsum iussit transferri, quāuis à Turcis & à Gallis fuerat auditū à Byzantio ad Neapolim, à Parisijs ad Hydruntē munitiorem se Tarento nullā vidisse urbem: Fossa longis nauibus permeabili à continente vrbs fuit excisa (vt alias diximus) per Marcū Antonium Philomarinū. Ex vxore Hippolyta Maria Galeatij Mariæ Stortia sorore, quæ viuo patre duxerat, suscepit Alphonsum Ferdinandum & Isabellā filios. Hæc nupsit Ioanni Galeacio Mediolanensiu duci, quod quidē coniugiū turbauit Alphonfi felicitatem, qua in Regno vix frui cœperat. hystoria pluribus explicatur ab alijs, pauca hæc annotaui, vt ad Ferdinandum secundū facilius descenderē. Dum Isabella cerneret Ludouicū viri sui patruū minimè permittē, vt principis ille munia subiret, scripsit ad auū Ferdinādū, & Alphonsum patrē, vt vel legationibus, vel literis, vel quauis alia ratione Ludouico persuaderent, vellet, quæ sua erat fides atq; iustitia, fratris sui filio non adulto modo, atq; firmo, sed etiā planè iam viro, atq; adeo duorum filiorū patri, aliquādo tandē regnū tradere, suisq; illū imperij, suarū rerū cōpotē facere, literis lectis missi sunt, Antonius & Ferdinandus Gennarij viri graues ad Ludouicū, qui nomine Aragoniorū Regū illi persuaderent, vt restitueret Mediolanense Imperiū Ioanni Galeacio nepoti; quod cū nolisset Ludouicus facere, Alphonsum patre inuito, qui paulò post moritur, mouere in eū arma decernit, quod audiēs Ludouicus Gallorū Regē Carolū in Italiā euocat, suas illi opes, copiasq; pollicēs, quāuis sibi postea valde exitiabilē fuisse illius aduētū perdoauerit. Carolus audita Ferdinandi primi morte magno cū delectu Neapolim se cōferre decernit: Alphonsum sentiēs hostiū copias iam propinquas esse, cumq; amissa omni spe, suisq; rebus omnino diffidēs, cūq; cerneret se populis infensum, Regnū Ferdinādo filio possidendum permisit Federico fratre adhibito,

A a cumq;

eumq; vti alterum parētem vereatur graui oratione commonet. ipse cum bonis quibus potuit, vbi primum idoneam nactus est tempestatem, in Siciliam tranſiſit, & Meſſanæ tandem mortuus eſt, & in Maiori Templo ſepultus.

Iunior Ferdināduſ annos natus viginti Rex à patre Alſonſo factus, decimo Calend. Februarij anni nonageſimi quinq; milleſimi & quadrageſimi in Caſtello Ovi, quod mari vndiq; alluitur, totam viſus eſt perequitate ciuitatem in veſte Regia cum Fiderico patruo, præeunte vexillario cum vexillo, Regemq; acclamante, & ſalutem illi deprecante: quo in fauſtu de omnibus optimè meritus vix menſem permanſit integrum, nam Carolus interea Regnum fuerat ingreſſus cum magna militum copia, quam ei dederat Ludouicus Sfortia, cui poſt partam victoriam principatū promiſerat Tarentinum. Cum igitur cerneret adoleſcens Rex in ipſam Gallici tumultus flammā ſe incidit, eā non expectauit, ſed ſponte cedere ſtatuens cum ſuos gratia & indole antecederet, Regni proceres ad ſe cum Caſino Neapolim rediſſet, vocatos in hanc ſententiā eſt collocutus. Quando Deus, in cuius manu omnium eſſe poteſtates, omniumq; iura Regnorum non ignorarent, ita vellet, vt Gallorum furori ab ſe cederetur, ceſſurū omnino ſtatuuit, ne quod viribus impar eſſet, populis magis, quam ſibi incōmoditatē pareret. Agi ſecum, longè feliciter putare, Regem in bello obuiuitatem occumbere, quā priuatum cum ignominia viuere. Quod ſi amor vllus Aragonenſium apud eorum corda remaneret, eum quandoq; ſi forte ſuperſtes fuerit, poſt eā calamitatē in patriā reuocarent, ſperarentq; non Regem, ſed Regni laborisq; focium habituros. His dictis omnes amplexus obortis lachrymis diſceſſit cū Fiderico patruo, & vxore Ferdinādi auſi altera, nomine Ioāna ſorore Regis Ferdinādi Hiſpaniæ eiufq; filia: ſeſe primò contulit in inſulā Megarim, ex qua nō longè ab vrbe littore Neapolitani Reges qui præceſſerāt arcē Ovi dictā munitiſſimā illā quidē effecerunt. mox in Ænariā inſulā traiecit. Dū Neapolim cū exercitu accederet Carolus, Aquilani ſe & locū ſuū ſtatim dederūt, quod idē & Caſinates, Capuani, Nolaniq; fecerūt. at illi qui in munitione erāt ſ. Germani, reſtiterunt, ſed dicto citius oppidū à Gallis fuit expugnatū, direptū, atq; obtentū. Adueniens Neapolim poſt expugnatam vi, ac pretio arces duas à ciuibus admittitur, & in Regē recipitur, Neapolitanos ſequūtur Calabri, Brutij, Lucani, & Appuli. Tarentini idē fecerūt, ij præcipuè (vt ferūt) qui ex medio atq; inſimo erant ordine, nā ex nobilibus perpauca Gallis adhæſere, vnde illorum aduentu multi capite trūcati ſunt. & propterea volēs Carolus pergratū ſibi id fuiſſe, quod ſtatim à ſe aduerſus Aragonenſes ſteterint, demōſtrare, priuilegiū conceſſit, vt nō modò ij, qui nobiles eſſent, & ex prima ciuiū claſſe, ſed & ij, qui ſunt medijs ordinis, quos vulgò ciues vocant honoratos, in Syndicū, qui primus in ſenatu eſt magiſtrat⁹, poſſēt eligi. dicūt tamē priuilegiū illud nō fuiſſe Caroli ipſius manus ſubſcriptione munitū. Sed hāc de Syndicatu cōtrouerſiā, quæ magnos in vrbe excitauit tumultus, Anto-

nus

nus Orificius ſenator præſtantiſſimus & nūc Conſilij Regij præſes ſua diremit ſentētia, cenſuit enim ab eo minimè excludēdos eſſe notarios, & iudices Regios, qui cōtractuum ſtipulationi præſunt. Carolo poſt quatuor vix exactos mēſes in Galliā redeūte, propterea quod cœperat paulatim exercitus deficere, & partim morbis, partim cædibus debilitari; Eoq; magis, quòd Ludouicus dux, quē cœpti iā pœnituerat, ipſum ad Regnū recipiendū inuiſſe, & Veneti nō æquo animo Gallos Italiā inuaſiſſe patiebātur, omnibusq; conatibus ad eū expellendū cōſpirauerāt, Ferdināduſ in regnū incredibili omnium ſtudio, Neapolitanorum præcipuè, qui Gallos iā faſtidirēt, ruruſ eſt reuocatus, quod fuiſſe tradunt Nonis Quinctilibus, priuſquā Alſonſus pater moreretur. nam ille hoc animaduertens erexit ſe ad ſpem iterū recipiendi regiminis, ſed Ferdinandus, vti Regum ſerè omnium moris eſt, qui regnandi cauſa, neq; pietate, neq; verecūdia permouētur, patris deſideriū celeriter eluſit, illū orans atq; obſecrans ne initia inſirmæ adhuc victoriæ inſeſtuo aduentu ſuo perturbaret, & euerteret: oderant enim illū omnes, vt præfati ſumus, ob multorum procerū cēdem. ſed accepta Rex iunior à patre ingenti pecunia cū Conſaluo Ferdinando magno ducē Rhegiū Meſſana nauigauit, quo capto Monopolim in Iapygia iuſſit expugnari, quæ inter multas præcipuè maritimas vrbes adhuc Gallorum præſidijs fulciebatur. Sed magna fuit & Ferdinādo & Fiderico patruo difficultas vrbe noſtræ reparandæ, cuius rei ita ſe habere ferūt hitoriam. à Tarentinis Galli ſicuti à Venuſinis, & Caretanis datę acceptęq; fidei teſſaras in Galliam ſecum detulerant, quo circa volebant ciues, ij præcipuè, qui ex ſecundo & tertio ordine erāt, ex quibus neq; omnes primi deſciuerāt, pro illis emori magis quā fidem ſoluere, & ruruſ in Aragonenſiū, quorum tempora tam varia cū maximo omnium detrimento perſpexerant, ditionē accedere. At Ferdinandus non deſtitit legatos mittere, qui omnia ſuo nomine illis pollicerentur, quæ peterent, videns demū Tarentinorum pro Gallis tantam animi conſtantiam, quantā Aragonijs in amica fortuna ſeruarant, vrbe decreuit mari terraq; aggredi. Præfecit claſſi Fidericum patruum Altamurę principē: at terrenarum copiarum ducem inſtituit Cæſarem, qui patris ſui etiam frater dicebatur, ſed Spurius: Cum itaq; terra mariq; viderent ſe Tarentini obſeſſos, nō propterea timore perculſi à Gallis ſtatim deſecerunt, ſed maiora patri pro ſeruanda Carolo data fide inter ſe fanciuerūt. Terreſtris exercitus ductor Cæſar inſeſto agmine illorum agros deuaſtare, vrbe tormētis oppugnare, obuios quoſq; occidere, aditū alijs ad vrbe ocludere: & Marina claſſis ſub Fiderico aperti maris imperiū habēs peiora facere nō deſiſtebat. Nullus erat dies, nox nulla abſq; tumultuarijs inter noſtros & Aragonios prælijs; hinc ſpes quandoq; futuræ oriebatur victorię, hinc deſperatio tantam miſeriam poſſe pati. Erat Tarentinis animus, & ſi vrbe tota moenibus nudaretur, ſua, coniugum, filiorū, opponere corpora, nec pedem referre, nec hoſti locum

A a 2 relin-

relinquere perexiguum, vt in urbem immitterentur. quin quò acrius bombardarum ictibus vndiq; petebantur, eò firmiores constantioresq; se exhibebant. Erat tunc in classe Marcus quidã Ctzenus, qui prætor quinq; & viginti rostratis nauibus præerat, à Venetis Senatoribus Gallorum hostibus, opem Ferdinando vt in hoc bello ferret, missus. is ad Tarentinum littus cum applicuisset, clasi quam Fidericus ductabat, naues adiunxit suas. Expositi recentes milites tantam agris, illos depopulando, cladem inferebant, vt id Tarentinorum aures animosq; simul feriens, illos nulla mora armatos impulit, vt hosti tam perfido, & qui ab ipsis nullam receperat iniuriam, occurrerent, dū dimicaretur, clamore hinc inde (vt fit) exorto tantum Venetis militibus timoris est iniectus, tanta illorum cædes facta, vt peracto ad vesperam certamine, obseruatum sit mane mille hostium de nauali exercitu desiderari, præter trecentos, qui viui capti à Tarentinis fuere: reliquis ad nauem fugatis, dux Ctzenus ad mortē Saucius vix euasit. Tarentini cum Gallico præsidio victores ad urbem redeunt, quos adhuc bellare auidos in fortuna vsq; ad eò amica, dux Gallus, vt victoria vti scirent, domumq; vt pedem referrent, admonuit. Veneti adhortantibus Ludouico Mediolanensium rectore, & Alexandro Pontifice Ferdinandum defendere, & aduersus Gallorum violentam rabiem, & regniculorum perfidiam diadema regium illi conseruare: Ea tamen initio subsidij fuit proposita, acceptaq; conditio, vt sibi maritimæ in Adriatica ora vrbes Tranium, Monopolis, Polymnianum, Mola, Hydruntum, & Brundisium pignori traderentur, tandiuq; essent subditiōe Veneta, donec Ferdinandus expensam eo bello pecuniam Senatui persoluisset. Aragonenses animaduersa non absq; animi cruciatu Tarentinorum pertinacia, morientium magis quàm vt à Gallorum deficerent fide, Georgium Suillum Gallis præpositum & eam vrbis partem tutantem, quæ portum respicit, vbi turris altissima erecta est, nostris adhuc diebus Citadella vocata, muneribus, ac pollicitationibus variis tentare cœperunt, atq; perlegatos, quibus se altera die Gallus responsurum promisit, ad deditiōem adhortari. Sed re à principe maioris arcis præfecto, cui Suillus suberat, detecta, Tarentinorum consilio iussus est Suillus hostibus tanquam lassus dediturum se urbem promittere, & re id præstiturum in se recipere. Venit ergo dux Gallus cum Aragonicis legatis sequenti, vt dixerat, die ad colloquium: ostendit placere sibi oblata munera: consulit vt in crastinum, prima sequentis noctis luce, pars nauium Citadellæ muro adhaeresceret. sic enim expositæ nauali turbæ, inimicoq; terrestri instructo agmini Turris portas aperiret. Aderat iam dati ad deditiōem signi hora, Tarentini ad eam aduolant portam tutandam, qua admittendi hostes credebantur. Signo vtrinq; dato acceptoq; naues aliquot ostesum ad murum accedunt, & copijs instructis dux Cæsar rei potiundæ studio eodem aduentabat. Erat præfectorum omnium vrbis illud Consilium, vt inimicum

inter

inter pontem, qui longus est, & Citadellæ ostium clausum trucidarent, sed rei exitus illos ineptè fefellit. nam vbi hæc agi tentabantur, displosum è mœnibus in hostem tormentum, coëgit illum subsistere. Sentientes Tarentini cum Gallis suum nihil iam profuisse inter se conceptū stratagemam, asiduis tormentorū ictibus inimicas naues percutere, percussas submergere, submersas obruere, timorem vndiq; terroremq; iniicere tentarunt. Dux terrestris ad fugam agilior, ne & sibi huiusmodi aliquid accideret, retrocedere cum exercitu cōsuluit. Moritur interea Ferdināus Rex nonis Octobris & anno 1496. cum Neapoli regnasset duo de viginti menses, & moritur absq; sobole, cum in matrimonium duxisset Ioannam Ferdinandi primi filiam, non ex matre patris Alfonso, sed ex sorore Hispani Regis susceptam & Alfonso iam suum obierat diem decimo ante mense, hoc est decimo quinto Calend. Ianuarij anni 1495. Quæ res haud mediocri Gallis & Tarentinis voluptati esse potuit, sic enim ab vtroq; liberati exercitu, quo tandiu fuerant obsessi, tempus sibi consulendi, vt illi abirent, hi vt posthac quietè viuerent, habuerunt.

Ferdinando iuniore extincto, Neapolitani Fidericum in regni culmen admiserunt. Hic Gallorum reliquias, quæ adhuc in regno substiterant, vt vel sibi obedirent, vel morentur, vel saltem ad suos recederent, remearentque magno suscepto labore, coëgit. atq; idem per Alexandrum sextum Capuæ coronæ regis insigni donatus est decimo à Ferdinandi obitu mense, quarto idus Augusti, quo die celebratur diui Laurentij cōbustio. Tarentini interea tot mutationum pertœsi, & dominantium Gallorum cæditiō affecti, cœperunt intra se, in tanta fortunæ varietate, quid potissimum agerent pro sua salute & quiete discutere. deficerent ne à Gallis, & Aragonensibus, quos ad regnum proelectos cernebant, & quibus ante Gallorum aduentum suberant, sese dederent, an vtroq; desererent, & nouum quoddam subiectionis iugum, quod diuturnius & leuius foret, subirent. Omnes tandem in eo conueniunt, vt Venetis Senatoribus se subijcerent, quos & si iratos suspicari superiore prælio poterant, quia tamen iustos ac modestos eosdem fuerant alias experti, Monopolim, erectis prius Venetis vexillis, quæ felicissima vocabant, Adriatici maris urbem triginta ferè millibus passuum à Tarento remotam ad Aloysium Lauredanum, ibi pro Rep. rectorem legatos mittunt, qui omnium nomine illum obsecrarent, obtestarenturq;, vt sibi subueniret, & in noua hac pro sua Rep. de liberatione iret suppetias. ille ne temerè aliquid infcio Senatu faceret, statim literas hac de re tam serua dandas, perferendasq; curat Venetias. Tarentini præterea duos mittunt legatos alterum ex nobilioribus, è medio ordine alterum. audita Veneti proceres legatione, & voluntate Tarentinorum, quia res erat magni consilij indiga: nam & ipsi Aragonijs Regibus multarum (vt visum est) captis pignoribus vrbiū fauerant Ferdinando adhuc viuo; & si Tarenti imperio potirentur, sperarent faciliè vniuersam Iapygiam, & Calabria subse

suble & breui habere posse, complures dies sententijs dicendis, quid Tarentinis responderent, consumpserunt. & recipiendi ne essent, vt petebant, vel ad suos Reges Neapolitanos remittendi. Huc tandem deueniunt, Tarentum, vnum ex Senatoribus mitti oportere, qui vrbis illius curam gereret, haberet ad dignitatem Reip. seruandam, nomen prouisoris, sed potissimum illud studeret, ad illud neruos intenderet suos, vt Tarentinis Fidericum Regem & Fiderico ciuitatem conciliaret: iam enim poterant Tarentini memoria repetere illius adolescentis in suam ciuitatem beneuolentiam, nam cum prouincijs præflet viuo tunc patre, liberalem in priuilegiorum confirmatione se præstitit. Nondum Andreas Zancanius (hunc enim Senatus legatum designarat) discesserat, & Oratores Hispaniarum Regis, Ludouici Mediolanensiu ducis, & imprimis Alexandri Pontificis maximi Venetias appulerunt, qui Senatores admonerent, ne in Tarentinorum causam aduersus Neapolitanu Regem se insinuarent. Veneti non minis territi, sed laborem, quem præuidebant, fore vt cum inuidia paterentur. deuitantes, Zancanium, ne nauem conscenderet, & Tarentum se conferret, continuerunt, iniunctoq; onere leuarunt. Dum hæc fierent, non cessabant Tarentini cum Gallis intra mœnia ab exercitibus septi pro virili se defendere. creuit tamen in tanta biennij ferè obsidione rerum omnium inopia, vt moribundi, & ab Aragonicis ducibus tentati, ad deditiõnem se inclinare cœperint: eò magis, quia frustra à Carolo Gallorum duce auxilia sperarent. Et iam ipsi urbem magna ex parte munitioreq; dirutam, agros peruastatos, animalia omnia occisa, piscationem perditam oculis cernebant. quin ad tantam viuendi peruenerant miseriam, vt canes, mures, bestiarum, quæ intra urbem erant, coria, fame inualecente, comedentes stomacho hebetari, ac languescere in dies, vitamq; diutius viuere non posse sentiebant. Conuenerunt tandem cum Gallis, qui in præsidio erant, vt ad hostem legati deditiõnis conditiones vtriusq; proficuas relaturi destinarentur. consentiunt Galli, qui se perditos omnino videbant, id fieri, dummodo & ipsi iunctim cum Tarentinis legati mitterentur. Qui ad hoc electi fuerunt, Cæsarem terrestrium copiarum ducem adeunt, rogant, concionem cogeret, vt audito, quid vellent, omnium assensu ad Regem perferretur. Vnus ita dicere orsus est, Ea semper dux inuicte, nostra fuit, erga Reges Neapolitanos, fides, vt mori potius maiores nostri, & nos illorum vestigia secuti, elegerimus, quam illam aliquando violare: cessimus tempori quandoq;, & velut membra capiti semper adhæsimus, nam quod Neapolis fecit, id nos facere decebat. Aduersa Aragoniorum fortuna, tempora tam varia, quæ cum discrimine & bonorum & vitæ, & cum vrbis etiam totius perditione, sumus experti coegerunt modò, vt quam Gallis fidem præstiteramus à Neapolitanis prius præstitam, seruaremus, proq; ea parum duximus, negleximus, quod pane miseri ex fursure confecto, quo genere Canes pascuntur, diuesci cogemur,

remur, sordidior illo quidem, & interiora ob siccitatem adstringente. Vrticas vix coctas, ne vel sapore, vel innatis læderemur aculeis quoties esitauimus: sed modò omnibus iam perditis extenuati corpore, pallore ac liuore idolis facti simillimi, pacem oraturi, veniamq; exoraturi à socijs ad te missi sumus, quam largiri his conditionibus neq; tibi, neq; Fiderico, quem Regem accipimus, amplexamurq; illius quamuis absentis prostrati genua, sit, quæsumus, permolestum. liberos posthac cuiuslibet status Tarentinos, non seruos, vt qui bello capiuntur, poscimus. leges, magistratusq;, quibus, antea debebamus, saluos petimus, integrosq;. bona nostra, quæ tot cladibus vix pauca conspiciuntur, nostra esse precamur, nullumq; Regi vectigal, pro damni recepti specie soluendum recepturi. Gallorum præterea duces, qui & ipsi legatos nobiscum misere, cum toto præsidio intactos, inuiolatoq; in Galliã vique transmitti, rogamus, ac obsecramus. Hæc si cõcedentur, iam Tarentinæ portæ Aragonensibus patefcunt, ingrediantur, quando libitum fuerit, dominentur in nostra Vrbe, vt Alfonsi, vt Ferdinandi, nihil est, quod eos impedire possit. Res certior per Cæsarem de hac legatione factus, non tam vrbis obtinendæ desiderio, quod maximum quidem erat, quàm timens, ne Regi Turcaru, qui vicini sunt Tarentini (quod quidem nunquam ipsi cogitauerunt, vt ex Senatus Consultis constat) se dederent, cum magna & suæ ditionis, & totius Italia iactura atq; pernicie, petita statim concedit, & maiora, ac grauiora pollicetur: & scribi, veluti leges ære incisas perpetuoq; seruandas, legatorum propositas iussit conditiones ad hæc ferè verba. liberi Tarentini immunesq; cuiuscunq; ordinis posthac in vtraq; Sicilia sunt. Suos viuendi ritus, consuetudinesq; magistratuum eligendorum saluas habent. Vectigal Regi posthac, quod non esset ex vsu, ob veniam defectionis impetratam, non soluunt. præsidium militum inuiti non recipiunt. Gallorum duces cum toto suo exercitu intacti, & nulla affecti iniuria Tarento in Galliam & reliquo regno, si volent, abeunt, sic igitur Fiderico se Tarentini dederunt. Vix quinctum in pace annum regnauerat post Gallorum discessum Fidericus, & in eum facta est noua, sed maior Hispani, Galliciq; Regu Consaluo magno inde, Namurtio hinc ducibus conspiratio. Conuenerant enim Ferdinandus Rex Hispaniæ Catholicus dictus, & Ludouicus Gallus, Regnum inter se Fiderico expulso, partirentur. Ferdinando vt vtraq; obueneret Calabria cum tota Apulia & Salentinis, ibiq; sortiretur nomen Ducis Calabriae & Apuliae. Ludouico autem cum reliquæ prouinciæ, tum in primis tota Campania, Samniũ, populi Marforum, & Pelignorum cum regio nomine. Tanta autem Calliditate Ferdinandi nomen in fœdere suppressum est, vt Fidericus à nemine in ipso summi periculi metu maiorem opem, quam à Ferdinando consanguineo, vetereq; suo defensore expectaret. Sed desperatis rebus cum vxore & liberis in Isclã Aenariæ insulæ arcem confugit, iratusq; Hispano Regi, à quo so destitutum que-

rebatur.

rebatum cum Namurtio atq; Obenigno Gallorū ducibus assignata illis arce Neapolitana transegit, vt sibi tutò liceret in Galliam nauigare, expeririq; Ludouici Regis clementiam, quem supplex esset aditurus. Venia ergo nauigandi ab illis impetrata contulit se ad Ludouicum, à quo quidem fuit per benignè acceptus, sed ibi in Gallia paulò post moritur, cum esset annus humanæ salutis quartus post quingentesimum & millesimum.

Reliquerat Tarenti Fidericus ob spem pacis à Ludouico impetrandæ Ferdinandum filium adolescentem natu maximum, quem de more aliorum Regum Calabriae ducem vocabant, vt urbem totius regni tunc munitissimam atq; opportunissimam præsidio tueretur. Erat cum Ferdinando puero regio Ioannes Geuarra Potentianus regulus, & Leonardus Alesius è Rhodia militia vir bellica virtute insignis. Tenebatur & eodem tēpore Fiderici præsidio Manfredonia ad Garganum montem, vbi vetus fuit Sipontus. reliquæ vrbes, iuxta Regum conuentionem, & arces partim in Gallorum, partim in Hispanorum concesserant potestatem. Consalvus itaq; quoniā Salentinus ager, & Iapygia Hispano (vt diximus) obuenerant Regi coactis in vnum copijs, & acceptis à Namurtio, à quo non dum dissenserat, Gallorum duce Valconum sagittariorum cohortibus duabus, & totidem equitum alis, ad Tarentum castra posuit. Eò quoq; venere alij cum Prospero atq; Fabricio Columnijs ducibus, qui apud Consaluum magna erant in existimatione, atq; honore. Bellum geri cœptum. Erumpebant vt plurimum Aragonij, & in subiectis vrbi campis equestribus prælijs admisso pedite aduersus Hispanos dimicabant. Consalvus cum desperaret, urbem vi ac tormentis expugnare se aliquando posse, præmendam acri obsidione ac fame demandam iudicauit. Consumperat iam aliquot ea in obsidione menses, quum multis sensim coniecturis animaduertit, Gallos haud quaquam regni diuisione iam facta contentos, occultè hostilia moliri, literisq; transmissis sollicitare Geuarram adolescentis Aragonij nutritium, & Leonardum præsidij præfectum, vt suo potius quam Hispano Regi, qui Fidericum destituerat, Tarentum dederent. Auxerat quoq; suspicionem Alegria Gallorum ducū longè promptissimus, qui paulo ante per speciem religionis postularat, vt sibi aditus pateret, ad Sancti Cataldi templum, scilicet vt votum pro salute susceptum oblati donarijs præsens exolueret. Et per idem tempus Galli Manfredoniae præfectū vt sibi non Hispanis arcem urbemq; dederet, magnis inuitarant pollicitationibus. At Consalvus cum in præoccupanda Manfredonia miros Gallorum conatus superasset, egit cum Geuarra ac Leonardo Gallorum suapte natura hostibus, vt ad deditionem Hispano regi maturandam adolescentem æquis conditionibus propositis hortarentur. Audierat iam illum, vt præcellentibus animi dotibus vigentem, vnum quod primum & nouissimum tamdiu obsessis urbibus remedium esse solet, Ciues humanissimè, & quandoq; profusis

lachry-

lachrymis appellasse, singulos quosq; prensasse, patris maiorumq; suorum publicè ac priuatum benefacta commemorasse, auxilia propediem affutura promississe. Admirabili inter ea stupendaq; Consalvus ratione Annibalis Pœni exēplo circiter viginti nauigia plaustris imposita ab aperto pelago in internum atq; conclusum mare transuexerat, qua parte Vrbs minimè erat munita, vt hodie iussu Philippi Regis munitissimam cernimus sed popularium domus frontibus inter se coniunctæ pro muro erant, nihil vnquam hostile inde expectantibus Tarentinis. Ingenti itaq; militum plausu, multisq; tympanorum, ac tubarum cantibus in portum deductis nauibus, totoq; mari, quā tulumcunq; est vagantibus magnus Aragonijs terror est illatus. quanquam, ea res specie ipsa quam vsu, & facultate oppugnationis terribior erat. Nec multo post velut desperatis rebus Leonardus, & Geuarra Ferdinando adolescenti persuasere, vt se incolumem melioribus fortunæ casibus seruaret. si enim consensescere obsessa in Vrbe perseveraret, certa ei instarent vitæ pericula. Iam enim cōsiderare poterat, infensos sibi imminere longè maximos, & potentissimos Reges, & ceteros principes eorum esse fœderatos, à quibus auxilia opperiri, & opinione stultum, & exitu miserum videretur. falsum præterea esse quod ferebatur, patrem scilicet Fidericum cum Ludouico Gallia Regi in Italiam descendere. Tarentinos, quos sibi iam agnouerat obsequētissimos, adeò cumulatæ diuturnæ obsidionis tædijs & incommodis afflictos esse, vt iam acerbiora quæque exoptent, modò obsidione, belloq; liberati tot ærumnis atq; laboribus finem inueniant. Si Urbem arcemq; dederet, à Consaluo absq; vllò negotio, & faciliè impetraturum, vt sibi in quascunq; velit terras cum omni regia suppellectile, totoq; domestico comitatu liberè statim proficisci liceat. His atq; alijs adductus adolescens Ferdinandus consilij Geuarram ad Consaluum emittit: induciæ sex dierum statuuntur, comeantibusq; intra Urbem Aloysio Errera, & Petro Paceo Consalui præfectis de Tarenti deditione vtrinq; transigitur. Cuius quidem tam celeris & præpropere Leonardus & Geuarra cum nonnullis Tarentinorū primoribus, libertatis desiderio motis ingenti inuidia flagrarunt. Nam illi etiam obsides Raymundum Maramontem, & Iannuccium Ficatellum Consaluo dederunt, vt securus esset, fore vt ab Aragonijs, quæ promitterent, seruantentur. Ferdinandus puer Regius summo cū honore, & singulari humanitate ab Hispano Duce susceptus, cum Regno excedere, & paterna sequi maturaret consilia, è Bitunto oppido non multo post Tarentum retrahitur, frustra querens & interdum gemens, quod fallacijs inductus, & sub fide Regia proditus custodiæ traderetur. & Consaluum sibi, vt patri fidem non seruasse receptorum immemorem beneficiorum. sed verebatur Dux prudens Hispanus, ne adolescens Fiderici Patris consilio innixus ad Gallos Hispanis infestos transiret, Aragoniorumq; animos in spem recuperandi sui Regni erigere, & renouato bello

Bb

ab

ab Hispanis niteretur auertere. defendebat se Consalvus, si quæ promiserat, non præstaret, id totum ex Regis voluntate pendere, qui uti absens, ignarusq; earum rerum, ex iureconsultorum responsis nulla Consalvi sponsione obligari posse censeretur. Nec multis inde mensibus adolescens regius, (quod vehementer incærorem eius auxit) in Hispaniam deductus est, vbi in libera honestaq; custodia paternæ simul fortunæ, & iniquæ suæ, sortis casum æquo animo pateretur, vixitq; septuagenarius absq; liberis, sed cum vxore Germana Ludouici XII. Francorum Regis ex sorore nepte, quæ antea fuerat vxor altera Ferdinãdi Regis Catholici, moritur tandem Valentia cum ibi fungeretur proregis magistratu. Multi ex Tarentinis militibus eum videre, suspirãtem, regnumq; suum non absq; lachrymis saltem cernere exoptantem, deq; multis, quos erga se obsequentes nouerat, interrogantem. Quo die Ferdinandus in Hispaniam captiuus missus est, obsides Maremontius & Ficatellus, qui Gryptalijs Consalvi iussu, & in nauibus quandoq; fuerant detenti, Tarentum rediere à ciuibus magno excepti applausu, quod fuisse scribunt Calendis Martij anno secundo à quingentesimo, & millesimo.

Orta est haud multo post inter Consaluũ & Namurtium hunc Gallici, illum Hispani exercitus ducem, contentio magna de finibus regionum, & præcipuè de Capitanata, quæ Daunia est, & Basilicata Lucaniæ regione. tentatum primò, vt tollerentur lites togatorum hominum, & iureconsultorum arbitrio, mox inscientia, & libidine militari res ad altercationem cruentissimam est deducta. Historiam huiusmodi integram, quantacunque fuit, pluribus, & elegantioribus verbis profecutus est Paulus Iouius in vita magni Consalvi, nos inde ea collegimus, quæ huc pertinere censuimus. Quum diu Consalvus contra Namurtium in tota Apulia euagantem suis cohortibus iussit, multisque locis expulisset: exigua militibus suis quiete recreatis Petrum Nauarrum cum sua Cantabrorum cohorte, Canusio Tarentum misit, ratus eam urbem ducendo bello, parandæque demum victoriæ graue momentum habituram, cui hostis ex propinquo vehementer inhiaret, maximè valido fidelique præsidio muniendum. Namurtius enim Massapiam, Dauniam, Iapygiamque peruagatus, multa in Salentinis oppida in potestatem redegerat, & in his Lectium nobile oppidum, Lupiæ antiquitus dictum, præterea Calatanam antiquissimam Ithessalorum Coloniam, quæ hodie à Sancto Petro nomen duxit, & Nardoum à Leucadia, Nerithò, condentibus græcis dictum. item Rhudias Ennij poëtæ natalibus celebres, quæ Rhodiæ hodie vocantur. Oriam demum & Mottulam. conuersisque signis & Gallipoli ex itinere frustra tentato, Tarento Copias admouerat, nihilque se commouente præsidio, & quiescentibus Tarentinis, Cuperfanum adortus eius oppidi Regulum fidem mutare coegerat. Postremo Urbem Castellanetum medio, sed obliquo itinere inter Tarentum atque Brundu-

Brundisium sitam, ea conditione in fidem acceperat, vt præsidij causa duas Gallorum turmas imponeret, quibus sese aduersus Hispanos è Tarento sæpius erumpentes tuerentur. Sed fortè euenit vt Castellanetani Gallorum iniurijs exagitati coniurarent, quod nonnulli procacius quàm Appulorum mos ferret, matronarum pudicitiam attentassent: alij hospitem penurias copijs prodigè vterentur: at quidam hospites suos ægrè iniquis imperijs patentes temerè verberassent. itaq; præsidium intempesta nocte sopitum in hospitij ad datam tesseram est comprehensum, accitisq; à Tarento Hispanis Vrbs tradita: ea tamen conditione, vt Galli quæquã exuti armis & equis, quo ad in tutum peruènirent, inuiolati præstarentur. Namurtius festinanter Castellanetum noctu diuq; continuato itinere peruenit. Oppidani subito aduentu irati, repentinèq; hostis magnopere turbati, quod pauci in præsidio Hispani aderant, quod aduersus vim tormentorum imparati essent, & mulierum, puerorumq; plantis deliberantibus vitis fortia consilia excuteret, ad id consiliũ decurrerunt, vt admissi sceleris pœnas pecunia redimerent, postquam nihil in corpora defauissent. Sed dux iracundus, quum triplo maiorem pecuniam postularet, & nisi integram continuo persoluerent, cunctis extrema supplicia minaretur, id omnino importune effecit, vt oppidani ad desperationem versi extructis introrsum tumultuarijs munitionibus aliquot tormentorum iectus conitantes sustinerent, subireq; murũ scalis ausos prouolutis è corona trabibus, faxisq; ingentibus deterrerent. ~~A tanto autè periculo liberat Castellanetanos Namurtius Geriona Rubosq; reuocatis, quo nò multis post mensibus extincto Còsalu, qui ab illo Baruli fuerat obsesus, quo metu percussus, Petru Nauarrũ & Ludouicu Errera propinquũ uum cum ea manu, qua possent, Tarento coactus euocarat, Neapolim in ditione recepit Hispanã, Caietaq; potitus Ludouico Errera arcis vrbsq; custodia ita tribuit, vt in eius locũ Tareti Pettus Nicossa succederet.~~ Virtute igitur Consalvi magni ducis Rex Catholicus Ferdinandus expulsi omnino Gallis, & prius Aragonijs, ipse Aragonius regnum acquisiuit Neapolitanum anno prædicto. 1503. decimosextimo Calend Junij sequenti anno, & tertio post, multa, quæ adhuc extant, Tarentinis concessit priuilegia, & ea præcipuè quæ ad cochlearum nigrarum capturam in fossa cui Arx maior imminet ex aperto mari, Vrbs ex intercluso, cum magna ciuium commendatione, spectant. Apposuius uerba laudationem continentia. Ferdinandus & Fielisabeth Dei gratia Rex & Regina. &c. Etsi omnibus satis est clarum, nobis uerò clarissimum est, qui eorum animos. ne dum opera fidelissima inspeximus: quippe qui cum omnis ferè prouincia Apuliæ, & Calabriæ ad Gallos à dictis Catholicis Maiestatibus defecisset, non solum eadem ciuitas permanit in fide, sed etiam hostibus assidue pugnando multa prælia confecit. propter quæ omnia multas impensas fecit, & dāna multa perpeffa est, atq; eo pacto, vt aliquæ aliæ ciuitates in ipsũ

facerent; exemplo & documento fuit. quare euenit, vt superatis tandem & profugatis Gallis multo celerius eadem prouinciam recuperauerimus, qua defecerunt. & propterea merito inducimur, vt erga dictam vniuersitatem & homines eiusdem ciuitatis Tarenti, firmus ad gratiam non solum prompti, verum etiam promptissimi.

Paterna Caroli origo semper christiana & potens, maternæ, quæ fuit & antiqua & Catholica coniugio adiecta, illum reddidit adeo potentem, nobilem, & piûm; vt qui tot, multis simul & sublimibus ornatus vixerit titulis, haud facile alterum inuenias patrem. Philippus Austrius Archidux, Maximiliano genitus Cæsare pater fuit Caroli, Mater Ioanna, quæ Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus ex Helisabetha Henrici sorore cum Ioanne Maximiliani eiusdem genero & Catherina suscepit. parentibus igitur adeo illustribus nascitur Carolus anno humanæ salutis 1500. quinto Calend. Martij; & illorum tanquam hæres legitimus multa illa possedit regna, quæ in instrumentis, indultis, edictis, decretis, honorificentissimè præscripta videntur. Cum vix vndecimum expleisset annum patrem amisit adolescentem, qui vigesimum octauum agens annum Burgas Hispaniæ oppidum se contulerat auidita Helisabethæ socrus morte, cuius in regno Castiliæ hæres erat Ioanna eius vxor: qua ratione Ferdinandus, ita decem tribus Hispanis proceribus, inde decedens in regnum Aragoniæ, mox Neapolim venire statuit cum noua vxore Germana Francorum Regis ex sorore nepte. Sed audiens Ioannam filiam obitu viri Philippi mente captam redijt in Hispaniam secum aduehens Consaluum magnûm, quem nouatum rerum auctorem in regno Neapolitano non quidem inuenerat, sed suspicabatur. & per quinquennium curam filia Ioannæ & Caroli nepotis gessit. moritur Ferdinandus anno restitutæ salutis 1516. vndecimo Calend. Februarij cum esset sexagenarius: quin, alijs contendentibus, superarat annum, quem scalarem dicunt, sexagesimum tertium, & peruenerat ad sexagesimum quintum. instituit hæredem ex asse Ioannam filiam viduam & matrem Caroli, qui tunc annum agebat decimum sextum. Is vigesimo post à morte Ferdinandi aui sui mense contulit se in Hispaniam, anno 1517. decimo tertio Calend. Octobris. vbi regia insignitus Corona Rex ab omnibus salutatur, quamuis per aliquot annos commune haberet cum Ioanna matre regimen: sic enim in omnium scripturarum frontibus legebatur. Nos Ioanna & Carolus eius filius primogenitus. & sic contendebant Hispani quidam proceres, ne viua matre solus diceretur Rex. Eodè anno confirmarunt Tarentinis omnia priuilegia, quæ Ferdinandus Catholicus & noua concesserat, & vetera confirmarat. Maximiliano auo Imperatore vita defuncto, ob Ioannam matrem, quæ fuerat Philippi vxor, non modo hæres successit Regnorum auctorum, sed etiam Imperialis Coronæ, designatus Christianorum Imperator Francordiæ ab Imperij electoribus quam

uis Fran-

uis Franciscus Valesius Francorum Rex non modo largitione ingenti illum oppugnaret, sed ea etiam potissimum ratione, quia cum Neapolitanus esset Rex, non poterat in Imperium assumi: ita enim multo ante per Romanos Pontifices & Carolum Andegauensem fuerat sancitum, qua in re per Cardinalem Caietanum, summus potifex Urbanus Carolo aduersabatur. vicit tandem Caroli virtus, nolentibus Teutonicis electoribus, vt Imperium in aliam à sua migraret gentem. Decimo quarto igitur Calendas quintileis anni 1520. fuit occidentalis Imperator electus annos natus vnde viginti cum esset in Hispania: & sequente anno mense Februarij eodem, quo natus est, die, accepit Aquisgrani Imperiale diadema ab Antistite Coloniensi magna cum pompa & festiuitate (quo eodem die & anno Solimanus Turca Imperator Constantinopolitanus Seliuo patri mortuo succedens coronatus est.) à Clemente septimo Bononiæ in Imperio confirmatur, cum trigessimum ageret annum. Nô est animus omnes inuictissimi huius Cæsaris res gestas percurrere hoc enim & ab alijs ante me elegantiore factum est stylo, & fortasse Plutarchus si viueret, id aggredi vereretur. Addam verba cuiusdam priuilegij, quod Tarentini habent ab hoc Cæsare inuicto, cum in regno Neapolitano Proregia auctoritate fungeretur Philippus Cialonius, 1528. Philippus de Cialon Orange Princeps Cæsareæ Maiestatis Capitaneus Generalis in Italia, & in præsentî regno Vicerex & locumtenens generalis Vniuersis & singulis præsentium serie inspecturis tam præsentibus, quam futuris. Si cui vniuersitati huius regni pro eius seruitijs, constantia, & fidelitate, reddenda est remuneratio, est protecto vniuersitati & hominibus magnificæ & fidelissimæ Ciuitatis Tarenti, quæ pro seruanda Erga Cæsaream & Catholicam Maiestatem fide, præsertim in obsidione, passa fuit à militibus exercitus ligæ inimicæ Cæsareæ Maiestatis inuasoribus huius regni vastationes omnium agrorum, & alia maxima damna, & incommoda firmissimo animo perpessa est, ob quam rem decet reddere nos erga ipsos liberales ad gratias, & circa præsertim eorum petitiones beneficis ostendere nomine præfatarum Cæs. Maiest. &c. Hæc adieci, vt ex Carolo Cæsare, sicut & ex alijs superioribus Tarentinorum innotesceret fides erga Reges suos, sicut & erga Philippum eius filiû, cuius rei & ipse est testis; hodie seruat, de quo restabat dicendum, sed alijs tantum onus seruetur, simul & vt annum huius in Carolum foederis ostenderem fuisse superiorem à priuilegio concessio nempe 1527.

Finis Septimi Libri.

DE

D E
**ANTIQUITATE, ET VARIA
 TARENTINORVM**
 F O R T V N A

LIBER OCTAVVS.

IOANNE IUVENE EORVM CIVE
 A V C T O R E.



**DE TARENTINA ECCLESIA, ET DE AD-
 ventu Principis Apostolorum, & Marci Evangelista
 Tarentum. Cap. I.**



TARENTINAM Ecclesiam Romanæ æquæ ostendimus in præfatione; ita autem ita se habere, in hoc, & alijs post ipsum, Capite animaduerti certissimè potest. Petrus igitur, qui Simon antea vocabatur, natione Galilæus, vico Bethsaida, Andrea germanus, Bar Ionà, idest Ioannis, vel Ionæ filius, à Christo Salvatore nostro post suam resurrectionem institutus Vicarius, Apostolici collegij princeps, summus Ecclesiæ pastor & Pontifex vsq; ad quintum illius, vbi ad patrem conscendit, annum, multas fundauit Euangelij prædicatione Ecclesias, Ponti videlicet, Galaciæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ. Antiochenam exinde ad summa euexit fastigia, ibiq; cum erexisset Cathedralē sedit annos septem. Quadragesimo autem quinto Domini nostri anno, & Claudij Tyberij Casaris secundo, cum Romam eo consilio proficisci decreuisset, vt Simonis cuiusdam magi, cuius antea Hierosolymis nequissimas detexerat fallacias, errores quam plurimos refelleret, sicuti scriptores multi fidelissimè testantur, Clemens in primis, qui illi quartò in Ecclesiæ regimine successit loco, cum Marco eius discipulo & interprete, quem ipse Canonica sua epistola filium appellat, nauem conscendit, cumq; dies multos ex Asia ad Europam

Europam nauigasset, vi ventorum aduersa ab incepto, quò intenderat, itinere deflectens, lunum, quem Tarentinum vocari tot auctoribus præmonstrauimus, intrauit. visitur hodie ad xij mill. passuum, ab Acra lapygia versus Tarentum, vetustissimum templum diuo ipsi Petro dicatum, quem locum primum in Italia attingisse creditur, ibiq; (vt aiunt) rem diuinam fecit. vt omittā multa in toto ipso regno, non modo in nostra hac regione sacella atq; oppida, quæ Sancti Petri nomine insignita singulari deuotione frequentantur. illudq; præcipuum & populo olim Græco habitatum, vbi commorari princeps Tarentinus conlueuerat S. Petrus Galatina. Ad insulas igitur cum socijs, & nautis expositus, inde urbem prospiciens, quam à multis habitata perceperat, existimauit Christi virtute huc se deuectum. flexit igitur Apostolus gratias Deo acturus de more ad orationem genua: lapis serui Dei pōdere pressus, ita mollis redditus, ac si cæreus esset, recepit sanctorum genuū vestigia: locus inde Apodonia, vt in Gargano monte ad Ecclesiā Michaelis Archangeli ob signa vestigiorum est appellatus: vulgus hodie piscatorum diuum appellat Petrum Veteranum in illo maioris insulæ eminentiore loco, vnde prospectare consueuerunt inimici piratæ, ne ibi commorantes præda fierent, Venetum præcipue, quibus Adriatici maris vsq; ad prædictum sinū curæ est. Audiui à multis maiorum traditione dicentibus lapidem illum ita Apostoli genibus concauatum à Venetis nautis ablatum, Venetiasq; asportatum, vbi beatus Marcus ingenti omnium veneratione colitur. Crebrescentibus deinde Austris, cum discedere, quò in cœptum absolueret iter, inde nequiret, Spiritu sancto admonitus portum ingreditur Urbis, ænea catena à turri Turrunda ad Urbis ipsius muros distenta clausum, intimumq; cum comite breui cymba nauigans mare ad litus tandem deuenit. Erat tunc diei hora ferè tertia, quo tempore ciues, qui in aquis obuersantur, hinc atq; illinc prope litus erant frequentes. Cognita per eos via ad puteum accedit, prope quem Solis ingens astat simulacrum: effundere ad illud præces nescio quas cogebantur, qui haurire aquam, vel bibere optarent. & dum beatissimus clauiger potum ab ijs peteret, qui tunc ferè haurirent, respōsum huiusmodi accepit: Adora, & bibe: ad quæ Apostolus, nos Hierosolymitani sumus, & hoc signum in nomine Dei nostri, qui solus verus est Deus, facimus, siue manducamus, siue bibimus. & facto crucis signo aquam potauit. Obstupescunt omnes, tali quod ignorarant, perspecto signo, & iterum Apostolo repetunt puteum illum esse Dei Solis, nulliq; antehac licuisse bibere, nisi adorasset. At ille Rursus. puteus Ioannis Baptistæ, qui Iordanis fluentia exhaustit, saluator omnium est homo Christus Iesus. quibus dictis facto iterum crucis signo recessit plenos relinquens omnes admirationis ac stuporis, cum viderint nouo illi manus dexteræ motui eam fuisse vim, vt Idolum ad terrā deiecerit, deiectumq; confregerit, Erat statua illa tantæ magnitudinis, vt inter Colossos referretur

cenferetur, quæ turribus essent pares, opus fuit Lysippi cubitorum quadraginta. Sed illud in ea mirum, quod cum manu esset mobilis, ea erat libramenti ratio, nullis conuellebatur procellis. artifex id prouidit, cum modico interuallo Columnam apposuisset, vnde maximè flatum frangi opus erat. itaq; propter magnitudinem difficultatemq; moliendi non attingit eam Fabius Verrucolus, cum Herculem, quem in Capitolio statur, inde trasferret. Ingressus iterum Scapham Petrus per eundem sinum interius nauigauit, cumq; in Reguli ipsius Urbis Pomarium descendisset, rogauit horti cultorem, vt aliquantisper, dum æstiuus deferuesceret ignis, ibi se vnà cum suis quiescere pateatur. Erat ibi tum pomarij cultor Amasianus quidam pauperculus, vsq; adeò incuruus, vt nullo modo cælum suspicere miserimus valeret. petijt ab eo Petrus, quod nomen loco illi esset, respondit, Ceruaricium ab omnibus appellari, dictum ante hac ad fontanas, remq; huiusmodi exposuit. Regulus noster Eucadius cum forte in venatione, quo exercitationis genere nimium oblectatur, ceruam hic lancea transfixisset, inde non multò post ingentem inter fruteta visum Ericium occidit, & ex Cerua, & Ericio nomen loco imponi mandauit Ceruaricium. intuens Apostolus quantopere homo ille iam inde à pueritia sua infelicissimus, dum loqueretur, laboraret, vt de facie eum internosceret, & miseratione motus, vtq; initium prædicationi, illiusq; populi conuersioni daret, Marco dixit, fili dilecte erige hominem. suam tunc Marcus extendens manum apprehendit illum, prophetæq; verbis pie prolatis, Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos, illum eleuauit. Et homo ille fortunatissimus auctoribus iisdem baptizatus tam breui temporis curriculo, & corporis & animæ salutem fuit consecutus. Ante solis occasum, qui propè aderat, ratem denuò ingressus ad eam Urbis partem venit, vbi porta maior dicebatur. Cæpit ibi inter Urbem, & arcem antiquissimam de ingenti marmore, ante Apostoli ipsius sacram ædem ad vsq; nostra tempora seruato, verbum Dei prædicare altantibus præcipue illis, in quorum conspectu Solis statua de ciderat: & in hoc salutifero nec dum satis comendato opere, plures consumpsit dies: multi, qui audierunt, crediderunt in Dominum Iesum, eiusdemq; Apostoli manu sunt omnes baptizate sacratissimo initiati. Prospiciens demum fore, vt posthac vniuersus populus, qui frequens erat, & pronus ad pietatis cultum, in Iesum Christum crederet, Rhegium vetustissimum Calabriae oppidum comeaturus, reliquit ibi Marcum. is multos in prædicatione menses expedit, & nullus illucescebat dies, quo Tarentini illi veteres cum accolis omnibus ad fidem non aduolarent. Accidit vt Eucadij filia principis à Demonio vexaretur, & Marcum prædicantem audiens clamabat, quid mihi, & tibi serue Dei Marce? cur me ante tempus, vt magister tuus, tam saue conaris incendio afficere? increpuit eam Euangelista, vixq; Demoni præcepit vt abiret,

abiret, & protinus ille aufugit audiens præcipue illa Cathedismi verba, exi ab ea immunde spiritus, exi & da locum spiritui sancto paraclito. puella igitur hoc modo liberata, pater eius Eucadius Tarentinorum regulus cum reliquo credens populo in nomine domini nostri Iesu Christi baptizatur, cunctis idolorum fanis, quæ tunc plurima erant dirutis, & ad memoriam sanctorum denuò, Apostolorum, ipsius in primis Dei genitricis semperq; Virginis Mariæ à posteris erectis. An autem illa fuerint, quorum vnum in portu iuxta litus Deiparæ matri, alterum principi Apostolorum intra Urbem & arcem, tertium in acta parui maris beato Marco nuncupabantur haud facile conijci potest, cum ipsa Urbis forma fuerit immutata. His omnibus ea, qua dictum est, ratione peractis, & omnibus iam in fide confirmatis, beatus Marcus ad præceptorem suum Petrum, qui Rhegij commorabatur, transiturus, ne sine pastore oues tenerimæ aberrarent, Amasianum, quem antè ad hoc ritè intruxerat, Episcopum destinauit. at ipse Apostolo adhærens cum eo Romam versus iter direxit. Hæc ita scripta sunt, veluti patrum nostrorum traditione precepta, & manuscripti etiam cuiusdam codicis lectione, quem Tarentini Clerici pro officio diui Cataldi in foro asseruabant. mutata sunt tamen nonnulla, & stylus ipse in meliorem à nobis redactus Laurentij Suriij imitatione. Illud autem non prætereundum censui, Marcum Euangelistam, priusquam Rhegij Petrum conuenisset, Sybarim diuertisse à Crotoniatis olim Urbem dirutam, & quæ aliquando Argentina, atq; Mendonica Ciuitas est appellata, non Sybarim tamen litoralem, sed cuius reliquiæ in montis vertice erant, vbi hodie Vrbs apparet, cui ab ipso Euangelista ob prædicationis beneficium Sanctus Marcus nomen est: sicut à Gulielmo Sirleto S. R. Ecclesiæ Cardinali & Bibliothecario olim illius Urbis Episcopo salutis nostræ anno millesimo quingentesimo sexto & sexagesimo se audisse mihi retulit Consaluus Conzaga Calaber, V. L. Doctor, vir apprimè nobilis, & fide dignus. Alterum eilet dicendum de aduentu beati Petri Neapolim Campaniæ Urbem præclarissimam & totius Regni nostri caput, de conuersione populi Neapolitani per illum ad fidem, de sancta Candida, quæ prima illi euenienti occurrit, de sancto Asprene, qui ab ipso Apostolo infirmitate curatus, & deinde baptizatus, eiusdem Ciuitatis Episcopus ordinatus fuit, deq; Basilica, cui nomen est Sanctus Petrus ad Aram, vbi sacrificium Deo obtulit idem Christi vicarius, & vbi degunt religiosi illi viri, qui Canonici Regulares dicti sub diuo Augustino militant. Sed hæc oia ab alijs plurib; & elegantiore dicendi forma scripta sunt, & præcipue à Paulo Regio Vici Eques Episcopo.

De beato Cataldo. Cap. II.

Beatus Cataldus ex partibus Hiberniæ, quæ suis & ipsa gloriatur in domino, & letatur sanctis, oppido Numeniæ Cataldo, præ Eucho, matris Athenæ, honestis quædam inter

ciues natus, quantæ futurus esset sanctitatis, quantisq; & quot miraculis Dei omnipotentis virtute coruscus, iam inde à natiuitate præmonstratum est. Vir quidam eximia virtutis Christianæ, & maiestati diuinæ amicus, cui Vaticinij munus ob suam gloriam fuerat dilargitus, Dichus nomine Stellæ cuiusdam ductu, non ex illis quæ in firmamento fixæ nusquam mouentur; sed aduaticinium istud declarandum mirabiliter exortæ, domum nascituri infantis peruenit. & cum oculos prospexisset fores, illas mendicantium more feriens aperire sibi ob eleëmofinam petijt: intus Athena pulsaati respondit, sola sum, partu laboro, aperire tibi vel cuiquam nequeo. Scias mulier, foris ille prædixit, nascetur tibi filius coram domino magnus, illiq; gratissimus, quibus dictis abiit nusquam deinde visus. postero autem die natus puerulus decidens tenello capite saxum impegit durissimum, quod non modo illæsum erexit, sed tanquam si in mollissimam incidisset materiam concauum lapidem reliquit. Eadem hora mater dolore partus, quæ mulierularum miseria est, expirauit. infantulus non obstetricis, neq; alicuius alterius ope adiutus, præter diuinam, surrexit, ac parentem exanguem tenellis brachiolis complexus suo illam osculo, Dei gratia ad vitam reuocauit. lapis, ubi nascens caput admouerat, sub dio aliquando positus, & in partem concauam aquam excipiens, pristina omnes restituebat sanitati, quicumq; ægotantium aquam inde ad potum deuotissimè haurirent. nomen tili in fontis lauacro imponendum iusserunt parentes, Cataldus, cuius desinentiæ nomina quamplurima in ea insula esse solent, vt Mogaldus, Donaldus, Ofaldus, & Helbaldus, Haraldus, Arcibaldus.

Crescebat puer non minus sapientia & eruditione, quam pietate erga Deum, & proximum, percelebreq; Cataldi nomen inter Francigenas, Anglicos, Theutonicos, Scotiosq; magno cum honore diulgabatur. parentibus inde orbat, ad sacerdotalem promotus ordinem suos excitat ciues vt in honorem beatæ semperq; Virginis ac matris Dei adæ sacram erigerent. ipse in primis & vehementior alijs tanto operi occupabatur: & dum fabricæ esset intentus, Ecce quidam nobilis vir filij vnici cadauer nuperimè defuncti multis ad eum lachrymis adducit, rogans vt ad vitam senectutis miseratus suæ reuocaret. restituit adolescentem gloriosus Christi athleta ad vitam, sed facta prius oratione, non immemor verbi illius, quod Apostolis assertor humani generis promiserat. Quodcunq; petieritis à patre in nomine meo dabit vobis, præcucurrerat pater, quū nondum sanctum confessorem conuenisset, ad fossam, quam diximus nascentis infantis capite saxo impressam, & frustra miser præcucurrerat, quod eam, vt antea, cœlesti rore plenam non reperisset. Fama tanti miraculi totam subito replet & Urbem, & paulò post prouinciam. Credentes in fide confirmantur, qui fideles nondum erant, ad fidem inuitantur.

Non

Non longè post militis cuiusdam filius moritur: eius cadauer à patre ad amicum Dei Cataldum in feretro effertur: rogat gemebundus vt & se cōsolari non dedignaretur in mortuo filio, nam & ipse æquè miser erat, atq; ille; cuius antè filium suscitauerat. recusat aliquantulum sanctus, seq; id efficere cum Deus ipse non sit, nullo modo posse asseuerat, volebat præterea & patris constantiam periclitari, nam & hoc in Euangelio legerat Saluatorem aliquando factitasse. instat pater, & lachrymis & precibus filio vitam deprecari. Attendebat interim Ecclesiæ operi sanctus, qui dum terram effoderet, dumq; casu terram super mortui adolescentuli corpus aspergeret, continuo ille sic tactus viuis è feretro desiliit, sanctumq; veneratus patris ingemescētis pependit amplexibus. Pergit inde qui viuum filium miles receperat ad Regem, & quantum sui miseratus fuerit Deus, quantumq; Beati Viri Cataldi intercessione beneficij sibi contulerit, ordine exponit. Incredulus ille magicis omnia censet artibus ad scribenda, & vt è suo sanctum eiceret, deturbatq; regno, quanta admodum celeritate nauigauit. Vbi ad locum venit, comprehendi sine mora Cataldum iubet, comprehensumq; apparitoribus tradit in vinculis custodiendum in crastinum ad exiliū missurus. Nocte, quæ nefandi consilij diem subsequitur, ab Angelis per visum terrore magno percussus ab ijs audit, quod statim moreretur, nisi à proposito malo cessaret. Excussus somno Rex suspirat sapius, vt qui melancholia percitus: quid sibi hæc velint suspiria sciscitatur Regina Regi sibiq; timens, reuelat ille visum, at illa consulit, quæ essent, vt ab imminente discrimine liberarentur, faciendæ. eadem nocte dux quidam sceleris consiliarius moritur. id Rex audiens, Deiq; vltionem perimescens, sanctum non modo è carcere educi liberariq; mandat, sed & ab illo veniam gemebundus petit, tam sibi, quam suis omnibus: mox defuncti ducis prouinciam Ecclesiæ, quæ etiam tunc erigebatur, cuiq; Cataldus construende præerat, in perpetuum concessit. Erat dux ille Meltridis Dominus. Sanctus igitur acceptam prouinciam in duodecim Episcopatus distribuit, & suum Episcopium Archiepiscopatum faciens Rachaū Archiepiscopus fuit dictus: cumq; Rachaenr Ecclesiæ multos præfuisset annos, & verbo & exemplo nunquam destitit alios ad fidem trahere, alios iam tractos confirmare.

Hæc vbi tam feliciter ad honorem omnipotentis Dei, & eius Ecclesiæ expansionem, sibi successisse animaduertit, diuina motus inspiratione sepulcrum domini salutiferum, vbi pro omnium salute triduum iam quieuerat, visere disposuit, locaq; omnia perlustrare, siq; fieri posset, quantum in se esset stratus lingere, lachrymisq; perfundere, vbi steterunt sanctissimi, & nunquam fatigati pedes eius. Conducta nauis sub peregrini habitu viam ingreditur. peruenit tandem Hierosolymam, continuo sepulcrum dominicum, cuius visendi desiderio flagrabat, magna deuotione nudis pedibus

C c 2 introi-

introiuit, illudq; labijs & cordis, & oris, quanta potuit humilitate tremens, & ingemiscens ex osculatus immensas humani generis Redemptori gratias egit, quod dignatus esset sibi seruo suo concedere, vt attingere valeret monumentum illud vsq; adeo suauissimum, vnde morte surrexerat deuicta: atq; idipsum fecit de sanctissimis locis illis, quæ à sacratissima Virgine olim frequentabantur, dum viueret.

Quibus ita deuotè pieq; absolutis, vitam, ea in regione statuit degere heremiticam, quod tamen propositum honestissimum voluntati diuinæ commendarat. & quum interea nihil iuxta cordis sui desiderium obtingere cerneret, Orationi assiduæ, quam & lachrymis cõdite assueuerat, intento, vt quid Deo de se placeret, cognosceret, apparuit illi Dominus noster Iesus Christus, & inter cætera, quæ ad eius solatium locutus est, illud in primis præcepit, vt ab heremitica desistens deliberatione se ad eam Italiae partem transferret, vbi ciuitas est, quod Tarentum appellatur: ibi enim rudem olim idolisq; deditum populum per Petrum Apostolum & Marcum eius discipulum ad fidem suam conuersum inueniet, quem ad Idolorum cultum prædicantium inopia reuersum ipse denuò ad fidem reuocaret. Hoc domini præceptum alacriter audiens cum multis nauem inscendit Italiam versus nauigaturus, inter nauigandum autem diuino repletus spiritu tempestatem prædicit, cuius quidem instantis periculi quia signum nautæ non videbant vllum, fidem illi non adhibuerunt. Sed vix post sancti viri prædictionem dimidiæ horæ ferè spatium transierat, exoritur tempesta, cui antehac similem nautæ haud prospexerant. rudens Crasior, quo velum in sublimem arborem eleuatur, vt tempestatem effringitur. Vnus ex nautis adolescentior, & cæteris agilior malum conscendit, vt rudentis partes disiunctas connecteret, Ventorum procellosa rabies illum infelicem ea vi deiecit, vt statim collisus vitam cum omnium dolore perdiderit. Qui in nauis erant, vt mox morituri Deo quisq; suo lachrymis effusis supplicare, vota proponere; nonnulli inter huiusmodi afflictiones recordati, quod vir ille, quem Deo cœlesti & immortalis adeo carum prius non cognouerant, naufragium prædixerat, prouoluti illius pedibus humiliter obsecrare, obtestariq;. Homo Dei, dicentes, qui talem cœlesti afflatus spiritu imminere nobis tempestatem prospexisti, qualem alias non sumus experti, exorare, quæsumus, ne graueris, Deum, vt tuis placatus precibus nos de vehementi periculo misericorditer eripiat. Confessor sanctus, vt qui pietate redundabat, ad orationis præsidium confugit, qua nondum finita, cessant venti, sedatur mare, & magna inde sequitur exoptataq; serenitas. Neq; tamen sanctus ab oratione cessat, donec iuuenè è malo delapsum confractumq; non vitæ restituat, consolidetq;. Dant iterum nautæ vela ventis, & nullo negotio Hydruntum perueniunt, vbi sanctum exponunt, & gratias illi agètes ob tot in vndis officia præstita, eius ad Deum deprecationibus se cõmendant.

Dum

Dum sanctus Tarentum pergeret, iuxta Fellinum (oppiduli nomen est) occurrit illi puella, quæ surda & muta pecudes ad pastum fortè agebat: eam cum fuisset bis & ter perperam allocutus, & cognoscens tandem misellæ defectum, præcipio (inquit) tibi in nomine domini mei Iesu Christi, vt absq; mora mihi respondeas: & statim illa recipiens cum auditu loquelam, eum ad suos domum deduxit, omnibusq; diuulgauit miraculum, quod vir sanctus diuina in ea fuerat virtute operatus, ibiq; ab incolis honorificè exceptus cum illis, quos omnes sacro abluit fonte, aliquot dies commoratus est. Cum verò Tarentum introiret, vidit antè Ianuam pauperculum quendam à natiuitate cæcum: eum beatus Cataldus ita alloquitur. Cuius religionis & fidei sunt homines istius Ciuitatis? Cæcus respondit, patres nostri omnes fuerunt Christiani, nunc autem omnes, quotquot videbis, præter paucos, Ethnici. Tu verò fili (inquit) Christianus es, an Ethnicus? respondit cæcus, Vtinam aliquis me ad fidem Iesu Christi docendo adduxisset, iam diu Episcopo, qui nos instrueret, destituti sumus. Si ex toto corde, subdit sanctus, credideris in sanctam atq; indiuiduam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & in eius nomine fueris baptizatus promitto tibi salutem animæ, & lumen, quod exoptas, oculorum. Credo, inquit ille, domine omnia esse, sicut dicis. Tunc beatus confessor suis hauriens manibus aquam illum baptizauit, & statim eius oculi aperti sunt. Qui videns iam quæ prius ignorauerat, clamare cepit ijs, qui non longè distabant, Venite & videte hominem Dei sanctum, qui me, in eius nomine aquam super caput effundens, illuminauit. ad eius vocem factus est populorum multus concursus Deum collaudantium atq; dicentiũ, nunquam se tale quid aliàs perspexisse (audiuisse tamen) vt cæcus à natiuitate cerneret. Erat annus domini centesimus & sexagesimus sextus quando diuus Cataldus Tarentum ingressus est. Sedem Petri tenebat tunc Anicetus Syrus, qui sedit annos nouem à sexagesimo tertio vsq; ad septuagesimum tertium post centesimum à Christo nato, Martyr in quarta Ecclesiæ persecutione, Imperatoribus M. Antonio vero, & L. Aurelio commodo. Sunt qui contendunt diui Cataldi comites fuisse Euperpium, qui postmodum fuit appellatus Leuius Brundusinorum Episcopus, & Barsonuphrium, qui colitur ab Vritanis, qua de re aliter legitur. Corpus scilicet diui Barsonuphrij ex remotissimis Palestinae partibus ad superi maris vicina delatum litora, ad Theodosium virum alioqui sanctissimum Vritanorum pontificem ab hominibus illis, ad quos id erat expositum, vel qui antea seruandum acceperant, fuisse adductum. quæ posteriora tempora designare videntur. diuum verò Leutiũ multi tradunt fuisse Alexandrinum. Est & alia opinio, quam dicunt referri à Iacobo Antonio Ferrario Lupienfi in historia, quam nondum edidit, Austria: sanctum scilicet Cataldum ad Iapygiam venisse, qui & comitè habuit germanum fratrem nomine Donatium primum Lupienfium Episcopum, & per

quatuor-

quatuordecim annos vitam cū illo eremiticā elegisse propè oppidum, quod ab ipso sancto nomen accepit, hodieq; adhuc extat sanctus Cataldus ad decem millia passuum ab Hydrunte remotum. Hunc igitur tantum patronū maiores nostri, & viderunt, & amplexi, veneratiq; sunt, gratias in dies Deo agentes, quod sua sola gratia, & largitate non eorum meritis dignatus sit hanc Urbem sub beati Cataldi patrocínio apud se esse, vt sexcentas, quæ in toto orbe terrarū sunt ac in Christiana Repub. amplissimæ, quamlibet diuorum suorum, tutelariumq; custodum præsidio fulciri. Venetias Marci, Perusium Herculani, Alsium Francisci, Matthei Salernū, Andreae Amalphiam, Bartholomei Beneuentum, Galleciam Iacobi, Mafiliam Magdalenæ, Ambrosij Mediolanum, Nicolai Barium, Brundisium Leucij, aliasq; aliorum nē catalogum conficere tot recensendis videar. Voluit enim Deus ipse sanctos suos inter se & homines post Christum eius filium, qui princeps & caput omnium est, esse mediatores, vt vota illorum, quæ criminum mole in altum aduolare nequirent, veluti quibusdam alis sanctorum videlicet intercessionibus leuarentur in cælum.

Scriptura nulla extat, qua dignoscere possemus, quot annos cum Tarentinis suis vitam duxerit beatus Cataldus: legitur autem in eius vita, vnde hæc excerptimus, quæ ante Romanum officium restitutum in choro à clericis legebatur, quod hic sanctus dum sui dissolutionem corporis imminere sentiret, conuocatis ad se Urbis optimatibus, quos in fide quam prædicauerat, constantiores cognorat, & erga Deum magis deuotos, clericisq; omnibus ad hæc ferè verba locutus sit. Fratres & filioli mei dilectissimi, scire debetis aduersus fidem Catholicam per magnam ab hereticis, & inimicis crucis Christi non multo post insurrectionem persecutionem: nauem Petri magnis fluctibus actum iri: vos autem, qui spirituales estis, confirmate, vbi ego ad dominum pertransiero, confirmate (inquam) populum, illumq; docere, admonere, corrigere, necessestis, vt in fide domini nostri Iesu Christi, quam ei tot laboribus ac vigilijs prædicaui, firmi sint & constantes, ab illa nunquam recedant, nunquam distrahantur, siue præmia promittantur, siue pœnæ acerbissimæ ante oculos proponantur ad hanc enim Græcæ regionis urbem percellibrem non casu sed dominico iussu profectus sum iam inde à Palestina, quo me religionis ac pietatis ergò contuleram à Britannis toto orbe diuisis. Etenim com Hierosolymis agerem, apparuit mihi dominus noster Iesus Christus, iussitq; vt haud mora istuc ad vos & vestros omnes me conferrem sanctum eius Euangelium & fidem concionaturus, & cordibus omnium imprefurus, vbi centum, & viginti quatuor annis antè beatissimus Apostolorum princeps Petrus, & eius in domino filius, & in rebus Christi gestis discipulus Marcus prædicauerant. Vos præterea rogatos etiam atq; etiam velim, vt corpus meum in maiore nostra aede reponendum curetis, & in cellula, quæ sancti

Ioan-

Ioannis in Galilæa dicitur, ipsumq; sub terra quam diligentissimè recondatis. His ita dictis, & mox expletis in eo cunctis sacris ministerijs, quæ circa ab hoc sæculo commigrantes à fidelioribus fieri consuevit, sanctissima illa anima corpore soluta in æternæ claritatis gaudijs Angelorum manibus fuit collocata. ipsa etiam obitus hora campanæ quotquot erant in Urbis Ecclesijs pulsari angelicis non humanis ictibus ceperunt. At vbi sancti viri corpus intra Ecclesiam domo deductum est, vt circa illud clerici de more funeralia, exequiasq; persoluerent, confluit eò innumerabilis vtriusq; sexus frequentia cum ingenti affectorum ægritudinibus multitudine, qui vbi primum venerabile illud corpus tangerent pristinae reddebantur sanitati. Celebratis tandem ritè honorificeq; parentalibus, tam clerici quam ciues pij, habito super hoc concilio, sepulcrum, quod adhuc extat, marmoreum, miræ (vt tempora illa erant) pulchritudinis extruxerunt: ibiq; corpus illud odore fragrans nimio ob sanctitatem magno deuotionis affectu reponentes, ipsum sub terra, vt moriens mandauerat, posuerunt. Ex aduentu igitur, & prædicatione huius gloriosissimi confessoris extiterunt Tarentini semper religiosissimi, vitam viuentes Christianam, Deorum cultu gentilium, qui pro statu temporum illo miserabili, magno studio (vt dictum est) à veteribus statis ceremonijs obseruabatur, penitus deleto. Qui verò, diuo Cataldo in sinu Abrahæ hoc est in Paradisum recepto, secuti sunt Episcopi Tarentinæ Ecclesiæ præsides non satis liquet vsque ad annum humanæ salutis nonagesimum primum supra quingentesimum Gregorio Pontifice Maximo, cuius dignitas extensa est, vsq; ad quartum & sexcentissimum, hoc autem fuit, vel quia scripturæ ipsæ combustæ sunt, vel quia nullæ fuerunt ante hoc tempus, quoniam qui à Paganis reperiabantur Christiani, aut verberibus afficiebantur, aut gladijs, varijsq; Tormentorum generibus occidebantur. Visum tamen est prius aliqua alia de hoc sancto referre, mox subiungam Episcoporum seriem, qui à præscripto tempore colligi ad nostrum vsq; potuerunt. illud verò non præmittendum duxi, ab hoc diuo per totam Italiam, ne dum lapygiam, atq; Apuliam multa oppida appellata, multasq; paracias; quid quod & Venetijs, & in Vmbria, & in Sicilia hoc nomen per celebre sit? Ab Latī faucibus p. m. 3. (inquit Thomas Fazellius lib 7 prioris Decadis.) sancti Cataldi Turris specula ab ædícula eiusdem nominis appellationem habens, occurrit. & iuxta fluij Diui eiusdem titulo inscripti ostium. De nomine huius sancti, deq; eius apud Deum loco honorificentissimo scribit in secunda parte de origine Franciscanæ religionis frater Franciscus Gonzaga generalis Minoritarum minister, nunc in Episcoporum cætu aggregatus, his quidam verbis. Cum tempore Vniuersalis, contagiosæq; cuiusdam pestis, quæ adeò vniuersam Italiam peruagata est; vt nihil intactum reliquerit, Coraltino cuidam, simpliciq; homini Quirico Tranbotto, reuelatū diuinitus esset, vt si Coraltū

Apuliæ

Apuliæ oppidum à grassante lue liberari cuperet, Ecclesiam diuo Cataldo sacrandam eo ipso loco, in quo sibi bos sequenti luce sub curru occumberet, communibus sumptibus, nulla interposita mora, ædificandam curaret. Quod cum ille Coraltinis prædixisset, alligatusq; ad currum bos sequenti mane mortuus corruisset, ex tempore sacra ædes tum ex publicis, tum quoq; ex priuatis eorum facultatibus in honorem sancti Cataldi eodem profus in loco constructa extitit. Quam tamen cum solemniore obsequio cultam affectarent omnibus suis numeris absolutam Patribus minoritis, qui obseruantini dicuntur, quorum duodecim ibi commorantur, post viciesimum tertium annum ab eius erectione anno scilicet dominicæ incarnationis 1506. ex Apostolica Iulij Secundi Summi Pontificis auctoritate inhabitandam contulerunt.

Quomodo fuerit inuentum corpus beati Cataldi; de eius translatione, & de lingua inuentione. Cap. III.



POST multos annos Drogonus Pontifex in hac prouintia maximus, Tarentinæ (inquam) Ecclesiæ Archiepiscopus, vir apprimè religiosus Dei cultui anhelans tota animi propensione diuinitus inspiratus maiorem Tarentinam Basilicam vetustate consumptam constituit funditus diruere, & nouam augultiosem erigere, quæ ornatu, & magnitudine veterem superaret. placet omnibus tam laudabile consilium. inchoatur ergo opus, & inter multos, qui ibi opifices erant, vir quidam vitæ sanè optimæ, quem Deus ad tantum detegendum Thesaurum parauerat, fundamentum effodiens, attingit sepulcrum quoddam marmoreum, vnde mira odoris fragrantia emanabat. Vocatus pontifex ad miram suauitatem percipiendam properans adest, & monumentum cepit animo concipere, & à reliquijs, quæ ibi erant reconditæ, odorem illum tam suauem prodire. Clerus currit, populus properat, cum vocibus, tum odoris fragrantia accersiti. Aperit præsul tumbam, videt sanctas reliquias ebore (vt aiunt) antiquo rubicundiores. Crucem præterea adinuenit auream sancti ipsius nomen. C. T. latinis duabus literis significantem. indicitur pro gratiarum actione supplicatio, cerei, lampadesq; accenduntur, diuersiq; generis concremantur aromata; quæ tamen de reliquijs prodiens suauitas non minus superare sentiebatur, ac minora lumina Solis splendor hebetat. Pontifex interim suis ipse manibus præciosum reliquiarum Thesaurum colligit, quarum magna pars Thecis hodie argenteis conditæ spectantur. Brachium præcipuè sancti ipsius dexterum, tibia, caluaria, ossa quam plurima, dentes, & quæ stuporem cernentibus affert integra lingua. cuius inuentio, quia suam habet historiam, ab ea nunc supersedendum videtur.

Mo-

Monumentum Marmoreum funibus, rudentibusq; extrahitur, & in sacello, quod à Brachio ipsius sancti nomen habuit, magna cū reuerentia reconditur.

Translationem deinde reliquiarum ita fuisse tradunt. Giraldus Archiepiscopus anno à dominica incarnatione centesimo primo & quinquagesimo post millesimum, quando Romæ sedis clatum tenebat Eugenius Tertius Pisanus, Imperatore Corrado Tertio, & Regnum Neapolitanum regente Rogerio cum Gulielmo filio, deuotione in sanctum admirabili accensus, celesti plenus spiritu loco decreuit preciosiore confessoris reliquias recondere. Expertus inuenitur Argentarius, qui arcam conflaret, totamq; argenteam vbi sculptæ forent imagines per multæ, Saluatoris nostri videlicet, gloriosæ semperq; Virginis MARIE, sanctorum duodecim Apostolorum cum Angelis quæ plurimis, operiq; sic fabre facta adhibita est portiuncula ligni salutaris crucis atro circumlecta, & lapidibus admodum pretiosis. Diem pontifex Giraldus translationis indicit suffraganeorum Episcoporum consilio, apertoq; prius marmoreo monumento, quod Rainaldus item pontifex longo ante tempore sub maiori Ecclesiæ altari recondiderat, extractisq; inde reliquijs intra argenteam quæ diximus arcam honorificè collocavit, quas adinuenit.

Rogerus autem, qui præfuit Ecclesiæ Tarentinæ anno millesimo trecentesimo quadagesimo sexto, cū recognosceret reliquias, stipauit intra Crytallum limpidissimum linguam sancti confessoris, quæ adhuc integra conspicitur, sicut Brundisij seruatur lingua gloriosissimi & facundissimi Hieronymi doctoris illius Ecclesiæ celeberrimi. Arca illa argentea iussu ipsius Rogerij consentiente clero & senatu Tarentino immutata fuit instatua illam pontificiam, quæ ipsum Cataldum referre videtur pontificijs vestibus indutum ac si sacrum missæ officium esset celebraturus cum mitra, omnibusq; alijs quæ Episcopum decent indumentis argenteis laminis ad incudem extensis. Et quoniam peruolutis Tarentini senatus Consulibus reperi anno 1465. statua ære publico erectam, cum pestes multæ præcurrissent, conijcio cum multi, quæ arca veteris argentum cum ad statuaem erigendam non suffecisset, & dimidiatum tantum relicta fuisset, reliquias corpus eo anno adiectum fuisse, sicut & ipse indicare videntur iunctura. Neq; præmittendum est, sepius quæ plurima miracula Deum per sanctum suum fuisse operatum, nam & cæcis visum, surdis auditum, mutis loquelam, paralyticis, leprosis, & alio morbo laborantibus multis sanitate restituit, & hæc seorsum ab hoc opere à nobis recitantur. illud cognoscendum est, octauo idus Martij festum diui Cataldi solemniter celebrari atq; sexto idus Maij inuentionem ac translationem sollempnissime, quo die magnus est vicinorum incolarum accursus ob plenariam à summo pontifice Gregorio decimo Tertio concessam indulg. deprecate hoc Lælio Brancatio Archiepiscopo. Quarto Kalend. Nouembrijs fit commemoratio Tarentinæ Basilicæ, & die quarto mensis Decemb. currente anno octuagesimo post millesimu.

D d

&

& quingentesimum ceptum est recitari officium beati patris nostri Cataldi ad normā Romani breuiarij eiusdē Lælij Archiepiscopi diligentia repurgatū, habita ab eodē Gregorio venia, sicut in fine libri his verbis declarat Gulielmus Sirletus S.R. Eccl. Presbyter Cardinalis. Nos Gulielmus Sirletus tit. Sancti Laurentij in Paneperna S.R.E. Presbyter Cardinalis, fidem facimus & attestamus S.D. N. D. Gregoriū XIII. viuz vocis oraculo nobis facto, concessisse, & licentiam dedisse Archiepiscopo & Clero Tarentino, dicendi in choro & extra superscriptum officium sancti Cataldi Episcopi & confessoris eorum patroni, ad formam Romani Breuiarij redactum, & emendatum tam in festo eiusdem, quam in inuentione per totam metropolim, iuxta antiquā Ecclesiæ Tarentinæ consuetudinem. Datum Romæ in palatio Apostolico, in loco nostræ solitæ residentię. V. Nonas, Iulij, M.D.LXXX. Gul. Sir. Card.

His tam multis de diuo Cataldo scriptis, non fuit alienū ab instituto subiungere Catalogum non omnium quidem Archiepiscoporum, sed plurimorum, qui ex scriptis tum Archiepiscopalis mensæ, tum Capituli & Cleri: sed & ex libris Conciliorum ac Decretis, alijsq; locis collecti sunt: quod in alijs Ecclesijs factum esse constat, in Mediolanensi præcipuè.

Andreas. 1.

AD Andream Gregorius summus Pontifex huius nominis primus sanctissimus & toti Ecclesiæ notissimus scribit Epistolam, quæ est quadagesima quarta libri Epistolarum secundi. & cap. 83. quæ etiam legitur distinctione 33. ff. habuisse: illum arguit de eius concubina, & de muliere de matriculis verberata: qua de re etiam idem Gregorius scribit ad Ioannem Episcopum Gallipolitanensem. Verba Epistolæ non apposui, satis est signasse locum.

Honorius. 2.

Honorio etiam scribit idem sanctus pontifex, sicuti apparet lib. 2. Epist. 22. de baptisterio per ipsum in sua Ecclesia erecto. Hæc fuerunt inter annum 591. vsq; ad 604. quandiu Gregorius præfuit Ecclesiæ vniuersali.

Ioannes. 3.

Interfuit hic Archiepiscopus concilio lateranensi Romano sub Martino primo anno domini 643. vel (vt alijs placet) 647. ita colligitur ex secundo Conciliorum tomo.

Germanus. 3.

Hic subscripsit sextæ synodo Constantinopolitanæ tempore Agathonis Papæ anno domini 682. Verba inscriptionis in eodē tomo hæc leguntur.

Ger-

Germanus humilis Episcopus sanctæ Tarentinæ ecclesiæ prouinciæ Calabriæ in hanc suggestionem, quam pro apostolica nostra fide vnanimiter construximus, similiter subscripsi.

Alexander Faccipicora. 5.

Sedauit tumultum Mutilensium in electione sui Episcopi, & auctoritate metropolitana eligendum iussit Lybertum à fumis Germanum ducis ipsius Urbis Mutilarum, anno salutis humanæ 1040.

Basilios. 6.

De eo legitur in fasciculo scripturarum quarundam ipsius Cleri, & donauit Capitulo nescio quam annui census decumam. anno nostræ redemptionis 1085.

Iacobus. 7.

Huius Vicarius frater Antonius confirmauit Capitulo omnia, quæ tunc habebat, priuilegia, præter duo prandia, & vncias decem, neq; non decumam decumæ ex annuis redditibus Megniani oppidi, quod hodie dirutum est. Nec legitur an hic aliquando sua in Ecclesia resederit, sicuti ferè omnes non residerunt, præter paucos suo in loco ponendos. anno salutis nostræ 1099.

Stephanus Philomarinus. 8.

In eisdem annalibus Mutilarum Urbis in uertice montis positæ legitur de quodam Stephano Philomarino, qui fuit Archiepiscopatus Tarentini moderator anno 1102. quo tempore Urbs ipsa Mutilensis fuit à Gallis penitus euerfa, post quam ruinam pauca quæ videntur, restant vestigia. qui hæc literis mandarunt, fuere Ioannes Antonius de Leuca Tarentinus presbyter, Eunofrius Sabellus de Palægiano, & Paschalis Taglietta, qui & ipse fuit de collegio Tarentinorum Sacerdotum.

Rainaldus. 9.

Exstat de eo memoria in Archiepiscopali Archiuo ab anno 1107. vsque ad 1119.

Rolemannus. 10.

Solus hic ita appellatus. de eo habetur simplex recordatio circa annum 1133.

Philippus. 11.

Scripturæ Capituli & Cleri de hoc loquuntur, anno 1138.

Giraldus. 12.

Tres fuere Giraldi, quorū hic primus diui Cataldi reliquias honorificètius asseruari cupiēs Capsā Argeteā suo elaborari iussit ære, qd̄ in vita ipsi sancti dictū est, Eugenio III. summo Pōt. & Rogerio Siciliæ Rege. intercurrere 16. ani

D d 2 inter

inter Philippum & Giraldum, cuius mentio est in scripturis Archiep. anno post dominum natum. 1154.

Drogonus. 13.

Fuit hic ante Giraldum & plures alios, verum quia nescitur annus sui pontificatus, post Giraldum reposuimus, quia & is Cathedrali Ecclesie vetustate collabentem nouam erexit, reliquiasq; primus adinuenit.

Basilius. 14.

Alter huius nominis, qui erexit Ecclesiam sanctorum Apostolorum Simonis & Iudæ, quæ hodie Athenisiorum est iuris patronatus. & habuit cognomen de Palaiano. annus domini. 1181. hinc in scripturis nominat.

Geruasius. 15.

Resedit aliquando, & præcipue anno 1187. nullum habet cognominem, eius memoria adinuenta est ab anno prædicto vsque ad 1194.

Angelus. 16.

DE Angelo Archiepiscopo vnus tantum est index in scriptura quadam Capituli & Cleri, sed plura leguntur in secundo libro Decretalium Innocentij Tertij, qui præfuit Romanæ Ecclesie ab anno 1197. vsq; ad 1215. ibi videre licet, quantæ hic præsul fuerit prudentiæ summi ipsius pontificis testimonio. At si desideras cognoscere, quo anno de eo agatur apud Tarentinos, nonagesimum octauum inuenies post millesimum & centesimum, qui fuit secundus Innocentij.

Giraldus. 17.

DE secundo Giraldo habetur 1203. adhuc Innocentio summo pontifice.

Nicolaus. 18.

Giraldum sequitur Nicolaus Primus: præfuit Ecclesie Tarentinæ duodecim vel plures annos, certum id non est, eius residentia non legitur, sed habetur illius memoria. 1205.

Gualterius. 19.

Scribitur de Gualterio inter Nicolaos posito 1216. post Innocentium mortuum sub Honorio Romano, sed resedisse non legitur.

Nicolaus. 20.

AB anno decimo sexto prædicto vsq; ad quadragesimū secundū nullius Archiepiscopi nomē legit, p̄ter Nicolaū II. in tablinō Capit. & Cleri.

Giral-

Giraldus. 21.

Tertius est huius nominis, & illum reperies nominatum in anno 1260.

Iacobus. 22.

Hic alter Iacobus litem mouisse traditur anno 1275. super decimas omnium iurium ciuitatis Tarentinæ, ac eius (vt dicunt) pertinentiarum: erat tunc summus Pontifex Gregorius Decimus Placentinus.

Henricus. 23.

DE Capitulo fuit Henricus optime meritis, nam illi largitus est modios frumenti trecentos (vulgo appellantur tumuli) insuper confirmauit quartam (vt dicunt) mortuorum, ac multa alia: ter de eo legitur. 1280. 83. 84. Sed anno domini 1297. impetrauit à Roberto duce Calabriæ primoq; genito Regis Roberti, & eius Vicario, quod Casale Soletum, & alia congregarentur Casali Gryptaliarum ob belli discrimina, ita enim futurum erat, vt securius habitarent subditi Ecclesie.

Gualterius. 24.

ET hic Gualterius secundus liberalissimus fuit, nam Clericis sex instituit annua prandia, cum trecentis frumenti modijs. Voluit præterea, vt magister sacrista, & qui in maiore altari ministrarent, sacrumq; fecerint, de mensa sua comederent. hæc leges in anno 1300.

Gregorius. 25.

Resedit quandoq; Gregorius, diuq; præfuit Tarentinæ Ecclesie. nam de eo habetur ex anno tertio post trecentesimum & millesimum, vsq; ad trigessimū primum. appellabatur à Philippo Tarentinorum principe Consiliarius & familiaris suus. fuit Capuanus, atq; ordinis Prædicatorum. traditur cum clericorum collegio cōuenisse, vt concesso eis Regij Telonij iure, siue (vt dicunt) Doganæ, onus subirent lampades accendendi ante altare maius Ecclesie.

Rogerus. 26.

DE Rogero illud habetur gloriosum, quod scribi possit, repositio videlicet linguæ sancti Cataldi in crystallo: resedit aliquando, instituit Canonicos: & à Roberto principe appellabatur consiliarius & familiaris suus. de eo legitur anno. 1346. 1350.

Ioannes. 27.

DE iohanne nihil aliud reperitur præter eius memoriam. anno 1353.

Iaco-

Jacobus. 28.

Iacobus tertius, qui litigauit cum suo Capitulo, deinde donauit illi quam multa, nempe duodecim Italicae pecuniae uncias, bina prandia, decumam decumae cuiusdam Casalis Megniani, quod hodie non extat praeter aediculam diuiae Mariae, quae dicitur della Camera, anno 1362. 64.

Franciscus Iacobus. 29.

Franciscum Iacobum Archiepiscopum binæ Capituli literæ nominant eodem anno 1368.

Jacobus. 30.

Legitur quod hic Iacobus fuerit à quibusdam Gryptaliarum hominibus necatus: unde veniam petere boachi sunt à Gregorio Vndecimo summo Pontifice Lemouicensi. anno. 1378. 1381. Extat & quodam instrumentum Ioannæ. 1378.

Marinus Amalfitanus. 31.

Marinum Amalfitanum de iudice, Tarentinum Archiepiscopum Urbanus Sextus prima creatione Cardinalem S. Pudentianæ tit. pastoris creauit. 1381. cum esset perpetuus Auerisæ administrator. S. R. E. fuit Camerarius, ac legatus in Hungaria: renunciauit Episcopatum Cusani Roberto de Iudice fratri. 1385. Extat in Ecclesia Metropoli Amalfitana sub titulo diuii Andreae Apostoli cenotaphium cum inscriptione horum verborum. Marinus de Iudice Archiepiscopus. Tarentinus. S. Pudentianæ tit. pastoris presbyter. Cardinalis. S. R. Eccl. Camerarius, obiit sub Urbano summo Pontifice anno domini 1385.

Jacobus. 32.

Resedisse Iacobum quintum docent ferinia Archiepiscopi. 1388.

Mattheus. 33.

Et hic Mattheus resedit 1398. vt constat ex Clericorum tabulario.

Elisarius. 34.

Sequenti anno Elisarius Archiepiscopus per fratrem Angelum Suauum de Pelco suum Vicarium confirmauit Capitulo omnia iura, &c.

Jacobus. 35.

Sextus hic Iacobus de Vrsinis ab alijs fuit obseruatus anno 1004. ipse locum non vidi.

Alemannus. 36.

Non resedit Alemannus, sed per suos procuratores ac Vicarium confirmauit Capi-

Capitulo omnia iura anno 1402. at quinto post anno 1407. primus citra Capituli (vt dicunt) prauidicium exegit tres partes ex octonis de feudo Castine in agro Martubienfi, qua de re agitur lis Romæ. Sepultus est Alemannus Romæ in basilica Sanctæ Mariæ Nouæ Montis Oliueti: in eius sepulcro incisæ sunt huiusmodi literæ. Hic Florentia ex Adimariorum familia antiqua, nobilique ortus V. I. D. & omni literarum genere eruditus. primum Protonotarius, deinde Tarentinus, post Pisanus praesul ad Cardinalatus apicem prouectus est, dum pro Romana Ecclesia legatione fungeretur in Gallijs. doctorum virorum amator & cultor, vir ipse doctissimus, zelator iustitiæ & communis Reip. boni, qui pro Ecclesiæ vnione apud Pisanum, Constantiensq; Consilia vsq; ad optatam conclusionem neminem veritus laborauit intrepidè. obiit ex peste anno ætatis suæ. 60. mense Septemb. 17. die 1402.

Ludouicus. 37.

Fuit Ludouicus Alemanni successor, nam de eo legitur 1408. ex nobilissima ac veritissima Brancatorum familia: ab Innocentio ad Ladislaum Regem Neapolitanum legatus missus: & absens à Gregorio XIII. Cardinalis creatus. tit. S. Mariæ Transyberim. Moritur Arimini cum multis alijs sub eiusdem Gregorij obedientia.

Raimaldus. 38.

Diaconus Cardinalis tit. Sanctorum Viti & Modesti Martyrum in macello. ex eadem clarissima familia Brancatorum. inter fuit Concilio Constantiensi 1414. moritur Romæ mense Septembri: anno 1427. Cadaver Neapolim translatum, sepultum est in Ecclesia S. Angeli ad Nidum à se fundata.

Ioannes. 39.

Ioannes Tertius non resedit, fuit tantum designatus Archiepiscopus, de eo legitur 1416.

Franciscus de Caris. 40.

Et quia Franciscus de Caris fuit vnus ex sacro Cardinalium Collegio non resedit, fuit noster Archipresul. 1419.

Ioannes Bernardus. 41.

Ioannes Bernardus Taliacotius. 1421.

Ioannes. 42.

Ioannes Quartus declaratur ex vtriusque scripturis per decennium ab anno 1422. vsque ad. 1432.

Ioannes. 43.

Ioannes ex comitibus Taliacotij, presbyter Cardinalis. tit. Sanctorum Nerei & Archillei. post. S. R. Eccl. maior penitentiarius ab Eugenio III. fuit deinde Episcopus Cardinalis pranestinus, & Decanus. obiit Romæ. xij. Kal. Februar. anno 1449. sepultus ad. S. Augustinum, cuius ordinis protector erat. Habuit duas orationes in concilio Basiliensi, eius notarius erat quidam Clericus Tarentinus, qui dicebatur Iacobus Adferrius.

Marinus. 44.

Marinus de Vrsinis. visitauit Ecclesiam, totamq; diocesim: eius nomen legitur in anno 1450. & 1469. de eo conquestus est senatus ad Regem, quod non curaret Ecclesiam in ruina quam minabatur, saltem refarcire.

Latinus. 45.

Latinus de Vrsinis. I. V. D. presbyter Cardinalis, fuerat Archiepiscopus Tranen. 1448. post Episcopus Cardinalis Sabinus. tandem Episcopus Tusculanus. obiit Romæ. xv. Kal. Augusti anno 1477. pontificatus Xisti Quarti anno septimo. sepultus in Ecclesia Sancti Saluatoris de Lauro à se fundata Romæ.

Ioanne. 46.

Ioannes de Aragonia Neapolitanus, Ferdinandi Regis filius, protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis. S. Hadriani. deinde presb. Cardinalis. tit. S. Sabine. obiit Romæ anno 1485. sepultus in abside tituli sui annuagens vigesimum secundum patre sepulture.

Ioannes Baptista. 47.

Ioannes Baptista de Petrucijs. habetur de eo 1480. non resedit. filius Antonij de Petrucijs à secretis Regum Aragonum.

Baptista. 48.

Baptista Vrsinis, Romanus, clericus Cameræ, & protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis. S. Mariæ Nouæ. post presbyter Card. tit. Sanctorum Ioannis & Pauli. tit. Pammachij. celsit administrationem Ecclesie Tarentinæ manibus Alexandri Sexti summi Pontificis anno redemptionis omnium 1498. sed quatuor præcedentibus annis fuit in Archiepiscopali sede, quo tempore fabricandum curauit ligneum chorum in maiore & Cathedrali Ecclesia. obiit Romæ in mole Hadriani, veneno sublatus anno 1504. vndecimo Alexandri Sexti pontificatus anno. sepultus ad. S. Petrum.

Hen-

Henricus. 49.

FVIT hic alter Henricus ordinis Prædicatorum. legitur de eo ab anno 1498. vsq; ad 1505. fuit cognomento Brunus. Visitauit Ecclesiam.

Franciscus. 50.

Franciscus Barchinonensis de pærets. Tarenti moritur, & sepelitur. parū in Ecclesia præfuit. & de eo non legitur nisi in anno 1506.

Ioannes Maria. 51.

Ioannes Maria Pudericus Neapolitanus, visitauit Ecclesiam. de eo fit mētio in anno 1513. extatq; eius memoria vsq; ad annum 1523. Neapoli mortuus ad D. Laurentium sepelitur. ibi legitur hoc Epitaphium. I. Mariæ Puderico. Tarentinorum Pontifici, ac intimo Regum Consiliario, de patria suaq; familia optimè merito, Paulus Pudericus patruo benemerenti pusillum gratitudinis munus posuit. anno domini 1525. erexit suo ære magnam partem basilicæ S. Agnelli, cuius altare maius posuit sub titulo S. Catal di.

Henricus. 52.

Henricus tertius, generalis quæstor & Thesaurarius Clementis Septimi Pontificis maximi. vtq; ad annum 1534.

Hieronimus. 49.

Hieronimus primus de Hippolyto Monopolitanus ordinis Prædicatorū, electus Archiepiscopus. legit Patuij, atq; Neapoli non absq; magna scholarium attentione. moritur Viterbi antequam Ecclesiam suam videret, anno 1527.

Antonius. 54.

Antonius Sanfeuerinus. fuit impeditus à possessione vsq; ad Coronationem Caroli Quinti Cæsaris presbyter Cardinalis creatus à Clemente septimo tit. S. Susannæ. post. tit. S. Apollinaris. demum. S. Mariæ Transtiberim. postea Episcopus Cardinalis Albanus, mox Sabinus, vltimo Portuensis & S. Rufinæ. fuit liberalis & benignus clericis suis, vt videre est anno 1531. moritur Romæ in Basilica S. Trinitatis in monte Pincio sepultus anno 1543. Sunt qui inter Hieronymum & Antonium recensent Cardinalem Armellinum Florentinum, cui non data fuit Ecclesie Tarentinæ possessio, contendente Romana sede sibi & non Regi competere ius eligēdi pontificis.

Franciscus. 55.

Franciscus Columna, qui antea fuerat Archiepiscopus Russanensis, anno 1545. visitauit Ecclesiam Gryptaliarū. Habuit Vicariū fratrem Angelū paschale ordinis Prædicatorū, q. & ab initio interfuit Tridēno Cōcilio sacratissimo

E e cum

cum esset Episcopus Mutilensis. & Iacobum Carrozzam Mandurinū & Episcopum Crupressanensem, moritur, & sepelitur Neapoli, vbi vitam vixit pe-
 racto in Campania bello, ad Montem Oliueti in sacello, quod Columnep-
 si familiæ illustrissimæ dicatum est, erectumq; Popeio Columnæ Cardinali,
 qui Neapoli præfuit, ita iubente Carolo Quinto: & biennium in administra-
 tione rerum publicarum versatus, eum in reddendo iure, recreandaq; pro-
 uincia & pecunijs exigendis, iustitiæ, humanitatis, & temperantiæ modum
 tenuit, vt cum seueritate facilitatem misceret, publicæq; egestatis, & ærarij
 causam tueretur, singularis ei apud omnes ordines laus pararetur, Huius vi-
 tam scribit Iouius.

Marcus Antonius. 56.

Marcus Antonius Cardinalis Columna, prædicti Francisci ob patrem
 nepos resedit aliquando, sed parum, & nomine dotis, vt qui liberalis-
 simus est (adhuc enim viuit) donauit Cappellæ S. Agnetis modios viginti
 salis, & ius quod habebat in feudo Castinei; bis visitauit Ecclesiam. interfuit
 sacro Concilio Tridentino, quo tempore non dum fuerat inter Cardinales
 cooptratus. Theologum habuit secum Ioannem Mattheum Valdinam ordi-
 dinis Prædicatorum, qui postea fuit Episcopus Aceranus. Synodum Prouin-
 cialem & diocesanam vocauit, vbi interfuere Episcopi Monopolitanus, Ca-
 Stellenatensis, Motulensis, & Acerranus. Erexit Seminarium clericorum pau-
 perum. Discedens postea iussu Philippi Regis Salernitanis datus est Archiepi-
 scopus, dimisso Tarentino Pontificatu, sed & Ecclesiam Salernitanam, ob
 maiora à summis Pontificibus Gregorio & Sixto sibi iniuncta munera ad huc
 dimisit. Multos Episcopos habuit Vicarios, Mutilensem, Aceranum, Sancti
 Leonis, & Hostunensem, præter alios, qui omnes fuerunt iuris peritissimi.
 Erat enim antiqua Tarenti consuetudo, quando Archiepiscopi alijs distracti
 negocijs non residebant, vt illorum Vicarij ob Sacramenta administranda ef-
 sent Episcopi, quæ postea sublata est, quia & ipsi Episcopi post Tridentinū
 Concilium suis in Ecclesijs residere coguntur. Hæc autem omnia, quæ de tā
 to Antistite dicta sunt intercurrere ab anno 1561. vsq; ad 1568.

Hieronymus. 57.

Hieronymus alter Austriacus Cardinalis de Corrigio nuncupatus. eius
 Vicarius Raphael Bonellus I. V. D. qui postea fuit Ragusensis Antistes
 magna quidem industria, studio, ac vigilantia visitauit Ecclesiam, Cornelij
 Musi Butontinensis Episcopi secutus vestigia in dicendi, scribendi, concio-
 nandiq; facultate. Conuocandam iussit Synodum Prouincialem & Diocæ-
 sanam, cui præfuit Aloysius Campagna Russanensis Episcopus Mutilensem.
 anno 1571.

Lælius

Lælius Brancatius. 58.

LÆLIUS Brancatius Neapolitanus, qui olim fuerat per Pium V. ad Surre-
 tinæ Ecclesiæ Archiepiscopalem præfecturam assumptus, Hieronymū
 sequitur Gregorio xiiij. Pontifice maximo, & Philippo Rege nostro ita iuben-
 tibus: Anno igitur domini septuagesimo quarto post quingentesimum & mil-
 lesimum, & decimo sexto Calend. Nouembris Tarentum die Dominico sol-
 lemnis quidem apparatu, & pompa est ingressus. Nondum autem annum in
 sua exegerat residentia, & magna inter hunc Pontificem, & Ciues clericosq;
 Tarentinos oborta est controuersia, illis sedulo atq; instanter consuetudinum
 suarum, quas vt maximè antiquas, laudabiles esse, iuriumq; vim habere con-
 tendebant, confirmationem, vt ab alijs prædecessoribus obtinuerant, efflagi-
 tantibus; eo verò promittente, se se, quicquid vellent facturū, si visitationis
 tempus, quod proximum erat, expectarent, vt interea perpenderet, an quas
 iurisdictiones appellabant, legibus aduersarentur. Tota autem re ad Sedem
 Apostolicam deducta, quæ petebant, ad quatuor tantum redacta Capita
 idem Gregorius summus Pontifex causa ad se auocata, & Antistitis dignita-
 tis ratione habita, suo, quod in calce libri subscripsimus, diplomate ad futu-
 ram rei memoriam composuit. Cumq; deinde per totum biennium magna
 diligentia, ac labore Metropolim, totamq; cum ea Diocesim, & Seminarium,
 quod paterna diligentia & regere, & augere adhuc non cessat, visitasset, quæ
 in visitatione decreuerat, nouam rursus & Clericis & populo litigandi ansam
 exhibuere. Adeunt denuò Romanam Sedem, & Illustrissimi S. R. E. Cardi-
 nales Montis Regalis, & Lancilottus nuncupati, quibus & à Gregorio non-
 dum vita functo, & à Sixto V. eius successore, fuerat visenda, corrigendaq;
 visitationis cura demandata, cogitantes qualis quantusq; esset Archiepisco-
 pi zelus, quam integra eius vita, auditusq; in singulis tam Capituli & Cleri,
 quam populi procuratoribus, omnia ferè, per paucis exceptis, decreta & pro-
 batunt, & confirmant, sicut in extremo opere ex authentico eorum scripto
 constabit. Sed ciuibus cum Clericis nondum omnino quiescentibus, à San-
 ctissimo Domino nostro Sixto saluberrimum aliquod in tanta animarū ægri-
 tudine remedium expectatur, vnde salus & quies speratur tranquilla istis tā-
 dem diuturnis procellis omnino sedatis.

Archiepiscopus Tarentinus, qui à Rege præsentatur duos tantū habet Episco-
 pos suffraganeos Mutilensem scilicet, & Castellanensem primū quoq; præsentare
 cōsuevit Rex, alterū eligit summus Pōtifex. Præsidet Archiepiscopus præ-
 cipuè Basilicæ Diui Cataldi, qui patronus est Urbis nostræ. habuit initium suæ
 erectionis iā inde ab Apostolorū prædicatione, mox ab ipso Cataldo, cuius
 vitæ leges in vltimo operis libro, verū ad hanc, quæ hodie cōspicitur, formā
 Dragonus Archiepiscopus, quia vetustior ruinam minabatur, qua plurima

Ee 2 vigeat

vigebat pietate reduxit. Sexdecim vtrinque sustentatur marmoreis columnis & Pavimentum multis Emblematibus laboratum; habet navim à duabus hinc atque illinc minoribus distinctam cum suis ædiculis, quæ duorum imaginibus decorantur. Omitto Campanarum turrim, omitto maioris altaris positionem, atque sacrarium, ubi repositæ sunt Reliquiæ sanctorum: atque imprimis Cranium, Brachium, Tibia, lingua, ossaque; aliquot Diui Cataldi thecis argenteis stipata, ubi Argentea etiam statua, quæ Pontificem, dum celebrat, imitatur cum pallio, infula, baculo, aliisque sacris & Pontificiis indumentis. Rem diuinam ibi faciunt duodecim Canonici, multique Sacerdotes & Clerici, qui omnes in chorum conveniunt pro Matutino, Missa, & Vesperis, reliquæ horæ ab ipsidem diurna vicissitudine recitantur. Sed hæc nimis curiosa, & propterea superflua videri possunt. Sunt & in Tarentina Diocesi quique Abbatiæ cõfistoriales, & ut plurimum Illustrissimis Cardinalibus commendantur; Prima est SS. Viri, Modesti, atque Crescentiæ, quæ olim fuerat Græcorum Monachorum è societate magni Basilij, qui extra Urbem habebant Monasterium sub Sancti Viri nuncupatione, habet hodie Abbas intra Urbem Ecclesiam S. Salvatoris, ubi servantur reliquiæ prædictorum duorum, Caput imprimis, & Brachium Sancti Viri argento oblecta, cum non parva sanguinis parte, qui in vitrea phiala asservatur: hunc toto anno duriores perspicimus, at in festo quod decimo septimo Calend. Iulij celebratur, liquefcit, ut si recens de corpore manarit. Altera Abbatia dicitur Sanctæ Mariæ de Galefo, quæ olim fuit ordinis Cisterciensis: & habetur de ea in secundo libro Epistolarum & Decretalium Ianocentij Tertij Pontificis maximi ad Archiepiscopum Hydruntinum, & Episcopum Licensem scribentis. Tertia vocatur SS. Petri, Andreae, cuius Basilica fuerat antehac in Insula parva ordinis Sancti Benedicti, sicut Quarta, quæ appellatur Sanctæ Mariæ de Crispiano; huius redditus magna & melior pars est apud Martinenses, illius verò apud Mandurios. Quinta & ultima Græcorum etiam Monachorum Basilij magni Sanctæ Mariæ de Talfano, cuius Ecclesia sex ab urbe miliaribus distat, nomen habuit. Est & Abbatia, ubi à Monachis in Conventu vivitur, & ipsi qui Montis Olivæti nuncupantur; Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Iustitia, olim fuerat pauperum peregrinantium hospitium. Sunt & intra atque extra Urbem multæ tam regularium, quam sæcularium sacerdotum Basilicæ & per totam Diocesim, quas describere non modo summam, sed & particulatim placuisset, nisi alijs, quorum consilio adhefi, opus visum fuisset superfluum.

GREGORIVS PAPA XIII.



Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam in Ecclesia Dei eius vices, meritis licet indignis, gerimus in terris, sicuti ad disciplinam Ecclesiasticam conservandam atque propagandam, diuinumque cultum amplificandum nihil est ipsa concordia accommodatius, ita nihilque uniuersum Ecclesiasticum ordinem conturbat atque adeo pervertit, quasi quando à suo Capite membra dissi dere conspiciantur. Et sicut non sine animi nostri displicentia, accepimus inter Venerabilem fratrem Lælium Archiepiscopum Tarentinum ex vna, & dilectos filios Capitulum & Clerum, & forsitan Communitatem Tarentinæ Civitatis partibus ex altera nonnulla lites, dissensiones, ac controversiæ coram Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super Episcoporum causis deputatis, alijsque forsitan Iudicibus ac Tribunalibus versæ fuerint, & in præsentem versantur, prætententibus quidem Capitulo & Clero, & Communitate prædictis eiusdem Archiepiscopi Vicarios pro tempore existentes Syndicatui esse obnoxios, ac Notarium seu Magistrum actorum (ut vocant) non nisi de gremio, seu corpore Capituli per Archiepiscopum eligi debere: Archiepiscopo verò quod Capitulum & Clerus ipso inconsulto, ipsoque vel eius Vicario non interessente minimè insimul cogi, nec haberi posset, quodque aggregatio siue electio, vel saltem institutio & confirmatio Clericorum primæ tonsuræ, qui Metropolitanæ Ecclesiæ Tarentinæ deserviant ad se omnino, vel ad eius officiales, minimè verò ad Capitulum, & Clerum prædictos pertineat, nos pro pastoralis officij debito litibus, controversiis, ac dissensionibus huiusmodi finem imponere, ac eorundem Archiepiscopi, Capituli, Cleri, ac Communitatis quieti, & animarum saluti consulere, eosdemque omnes à grauibus dispendijs, & molestijs, quæ ex litibus huiusmodi ac controversijs in dies suscipiuntur, eximere, ac penitus liberare cupientes, illosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ceterisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum absolventes motu proprio non ad dictorum Archiepiscopi, Capituli, Cleri, & Communitatis, aut alicuius eorum instantiam, seu requisitionem, sed ex mera voluntate, & certa ac deliberata scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita prius super præmissis cum prædictis Venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus, qui iura partium pluries audierunt, ac diligenter examinarunt, matura deliberatione omnes & quascunque lites, controversiasque, & differentias prædictas, eorumque singulas, à prædictis & alijs quibuscunque Iudicibus, & tribunalibus, ubi illas pendere contingeret, ad nos harum serie auocantes Apostolica auctoritate perpetuò extinguimus, cassamusque;

DE ANTIQUITATE, ET VARIA,

musq; , & annullamus, proq; extinctis, cassis, & penitus annullaris haberi volumus, & mandamus, ac omnibus & singulis, quorum interest, siue in futurum quomodolibet interesse poterit super præmissis perpetuum silentium imponimus: Volumus autem; ac eadem auctoritate tenore præsentium perpetuis futuris temporibus expressè statuimus, & mandamus, quod de cætero Vicarij & officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranei nuncupati per eundem Archiepiscopum siue eius pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina siue eius Diocesi deputati, vel deputandi, ad aliquem syndicatum nullo modo teneantur; aut eidem sub quouis respectu sint obnoxij: Notariorum quoq; actuariorum, quos Magistros actorum appellant, electio, ac deputatio etiam si laici sint, ac exteri ipsorum Archiepiscoporum pro tempore penitus libera, ac adnutum amouibilis existat. Quodq; Capitulum & Clerus prædicti etiã absq; ipsius Archiepiscopi notitia, & interuentu se pro eorum negocijs Capitulariter congregare, diuimodo non eo tempore, quo in choro residentia, vel alibi Ecclesiastica aliqua functio sit peragenda; possint, ac valeant: liberum tamen sit Archiepiscopo, & successoribus præfatis per se ipsum, nisi de suo, vel suorum interesse ageretur, interuenire, Vicarius vero Clero & Canonicis inuitis minimè admittatur. Volumus tamen vt in singulis Capitulis, seu Congregationibus huiusmodi absq; Archiepiscopi interuentu, vt præfertur, faciendis, quod primus Canonicus in ordine, qui in dicto Capitulo, & Congregatione præsens erit, ipse iuxta debitum ordinem, & modum, vota, & suffragia suscipiat; altercationes; ac clamationes & iurgia cohibeat, Contumacesq; & inobedientes eidem Archiepiscopo seu Vicario statim denunciât, in eos iuxta qualitatem delicti animaduersuro; Insuperq; quod Clericorum eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ seruitio addictorum & ad dicendorum electio, siue aggregatio, ad Clerum, & Capitulum seu Canonicos prædictos absq; aliqua ipsius Archiepiscopi siue eius Vicarij confirmatione, institutione, vel approbatione pertineat, Ita tamen vt electi, & aggregati huiusmodi ab ipso Archiepiscopo, siue eius Vicario mandatum de se ad dictum gremium admittendis, prout hactenus consuetum extitit, petere teneantur, ac reseruato eidem Archiepiscopo iure, & facultate omnes ordines conferendi, licentiamq; eidem Clericis de se promouendo concedendi, ac eosdem ad sacramentorum administrationem admittendi, idoneos tamen & præuio examine approbandos iuxta sacrorum Canonum statuta, & ipsius Ecclesiæ laudabiles consuetudines. Quo circa omnibus & quibuscunq; quos præmissa concernunt, & in posterum quomodolibet concernent, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & Conditionis fuerint, distinctè præcipiendo mandamus ad præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent, & faciant districtius inhibentes omnibus & singulis prædictis, ne sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ eo

ipso

TARENTINOR. FORT. LIB. VIII. 213

ipso si contra fecerint incurrendis pœnis, ne quo minus prædicta omnia, & singula suum debitum sortiantur effectum, sese opponere, impedire, retardare, aut quoquomodo perturbare audeant, vel præsumant, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam Cardinales, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane decernimus quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scieter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis & regula nostra de iure quæsito non tollendo, Capituliq; ac Cleri, & Ciuitatis prædictorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis præscriptionibus, ac consuetudinibus, etiam immemorabilis temporis, ac etiam Synodalibus decretis, priuilegijs quoq; indulgis, & literis Apostolicis, etiam dictis Capitulo & Clero, Communitati, & Ciuitati, etiam per nos, seu prædecessores nostros, etiã motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus, ac etiam consistorialiter sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsq; efficacioribus efficacissimis, & in clausulis irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam si de illis specialis, & indiuidua mentio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, ac vicem duntaxat specialiter, & expressè motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis, derogamus cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatorio, Die secunda Maij. M. D. LXXVIII. Pontificatus nostri anno septimo.

Cas. Glorierius.

SCRIPTUM CARDINALIUM DE
approbata visitatione.



NOS Vincentius Laureus. tit. S. Mariæ in Via Montis regalis nuncupatus, & Scipio tit. S. Simeonis Lancilottus nuncupatus S. R. E. P. C. his scriptis testamur, quod annis præteritis habito recursum à Reuerendo Capitulo & Clero, & Vniuersitate Ciuitatis Tarenti ad felicis recordationis Gregorium Papam XIII. super præteritis quibusdam grataminibus eis illatis in visitatione facta à Reuerendissimo Domino Lælio Brancatio Archiepiscopo eiusdem Ciuitatis, & per eundem remisso negotio ad sacram congregationem super negocijs Episcoporum, & ibidem per plures annos ventilato, tandem nobis fuit ab eadem congregatione iniunctum, vt omnia & singula acta & decreta di-

ctæ

Etæ visitationis examinarem: Nos auditis voce & scriptis pluries procuratoribus dicti Archiepiscopi, & Capituli, & Cleri, tandem habita super omnibus matura deliberatione, nonnulla ex dictis decretis emendauimus & correximus prout in Apostillis in margine huius libri dictæ visitationis proprijs nostris manibus subscriptis apparet, reliqua verò omnia in eo cõtenta approbauimus, in quarum fidem præsentibus nostris manibus subscriptas, & sigillis nostris munitas fieri fecimus. Datũ in ædibus nostris die primo Septemb. 1585. V. Card. Montis Regalis. S. Card. Lancelottus.

SUPPLEX LIBELLUS LEGATORVM Archiepiscopi pro visitatione liminum Apostolorum.

Illustrissime, ac Reuerendissime Domine.



PTABAT Reuerendissimus Dominus Lælius Brancatius Archiepiscopus Tarentinus præfens hoc sacratissimum liminum visitationis munus adimplere, ac de ijs, quæ ad Ecclesiæ suæ statum ac pastorale officium pertinent iuxta Sanctissimi Domini Nostri Sixti Divina prouidentia Papæ V. cõstitutionis præscriptum rationem reddere. Verum cum ita graui detentus nuper fuerit infirmitate, vt non sine vitæ discrimine iter hoc suscipere posset, propterea nos Scipionem Tortamanum Cantorem, & Scipionem dello Vecchio de gremio suæ Ecclesiæ procuratores suos ad hoc specialiter constitutos ac deputatos cum authenticis mandatis, & legitimi impedimenti quo detinetur documentis Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Amplitudini vestræ exhibitis, transmisit, vt eius nomine Beatissima Apostolorum limina visitaremus, ac sanctæ Sedi Apostolicæ Romanoq; Pontifici Sixto V. Domino Nostro veram obedientiam & subiectionem ponderemus: statum dictæ Ecclesiæ exponeremus: ac demũ Apostolica præcepta ac sacras iussiones exciperemus.

Præstitimus iam Illustrissime ac Reuerendissime Domine visitationis liminum munus, venerati sumus sanctissima Apostolorum corpora, Romanum Pontificem Christi Domini Nostri Vicarium, ac B. Petri Apostolorum Principis successorem Ecclesiæ caput agnoscimus, ac eius monita & præcepta pacatissimi suscepimus, & Deo dante exequi curabimus. Cæterum quod ad Ecclesiæ statum spectat. Est Ecclesia Tarentina insignis Metropolitana in Regno Neapolitano. suffraganeas habet Ecclesiam Motulensem & Castellaneas, à quibus ad prædictum appellatur. In ciuitate & tota Dicecesi præter Cathedralem Ecclesiam, nullæ adfunt collegiatae. Plura tamen sunt regularium ordinis Mendicantium Monasteria. Adfunt in dicta Ecclesia quatuor dignitates, octo Canonicatus, Copiosus præterea Presbyterorum & aliorum

rum clericorum numerus ad centum quadraginta. Seminarium præterea Clericorum iuxta Tridentini Concilij decreta institutum, vbi plures sunt pueri, qui Christianis disciplinis à Seminarij magistris imbuuntur. Habet autem Seminarium prædictum in redditibus ad quingentos ducatos, ex quibus Trecentos perfoluit Archiepiscopus. Mons etiam Pietatis à Communitate & ciuibus Apostolica auctoritate erectus, à quo expositi aluntur, & alia pietatis officia erga puellas nobiles & pauperes honestiores, seti verecundas impenduntur, & luminaria pro Cultu Cappellæ Sanctissimi Sacramenti suppeditantur, qui etiam ordinarij visitationi subest. Hospitale item pro infirmis curandis eiusdem ordinarij visitationi subiectum. Monialium verò Monasterium vnum tantum intra ciuitatem ordinis Sancti Benedicti, vbi Clausura & alia iuxta formam regulæ laudabiliter obseruantur. Curauit autem semper Archiepiscopus, vt in dicta Ecclesia & Dicecesi Verbum Dei & Christiana doctrina prædicaretur. Ecclesiæ Sacramenta frequentarentur, & alia ad populi institutionem, animarum salutem, & Dei laudem perficerentur. nihilq; prætermisit, quantum in ipso fuit, quod ad pastorale officium & sollicitudinem pertinere videretur, visitando, prædicando, mores corrigendo, ac Tridentini Concilij decreta insinuando, prout ab Illustrissimis & Reuerendissimis Cardinalibus super consultationibus Episcoporum fuit alias cognitum. Cæterum quoniam à tribus ferè annis adest in Ecclesia Vicarius Apostolicus, qualis sit præfens Ecclesiæ status plenius ex eiusdem relatione sciri poterit. Reliquum est, vt à Deo optimo maximo, & Sanctissimo Domino Nostro, Illustrissimæ & Reuerendissimæ Amplitudini vestræ perpetuam felicitatem exoremus, quam pro sua benignitate concedere dignetur clementissimus Dominus.

LITERAE CARDINALIS ANTONII CARASA ad Archiepiscopum de visitatione liminum Apostolorum.

Reuerendissimo Domino vti fratri, Domino Lælio Archiepiscopo Tarentino.



REVERENDISSIME Domine vti frater. Reuerendi Scipio Tortamanus istius Ecclesiæ Cantor, & Scipio Verus de istius Capituli gremio, Amplitudinisq; tuæ procuratores de causis, quæ illam impediuerunt, quo minus ad Urbem ipsa proficisceretur, præsentibus legitime docuerunt, ijsq; probatis, & admissis, vt constitutioni Sanctissimi Domini Nostri Sixti V. Pontificatus sui anno primo editæ, & præstito ab illa iuramento cuius nomine satisfac-

Ff rent,

rent, proximis superioribus diebus Sanctorum Apostolorum limina, vt habebant in mandatis, visitarent, Sanctissimiq; Domini Nostri iussu à sacra Cōgregatione Cardinalium Concilij Tridentini interpretationi, & executioni præpositorum de istius Ecclesiæ statu, alijsq; ad illius gubernationem pertinētibus auditi, demū benignè dimissi fuerunt. Quarū rerum omnium eius sanctitatis auctoritate, quæ hoc mihi præcipuè mandauit, testimonium volui Amplitudinem tuam his meis literis habere, quibus pro ea, qua nos Christus Dominus Noster coniunxit caritate, magnopere hortamur, vt in consortium Apostolicæ sollicitudinis à Deo vocata commissio sibi gregi assiduè inuigilet, supremaq; Sedis mandata ac monita, cum primum ad eum perlata erunt, non tam verbis, quam re explicet, & quicquid animarum saluti prodesse intelliget, id diligenter exequatur. Vnum verò, quod maximè pastorale eius officium ad iuuare poterit, inter alia curet, vt Concilij eiusdem decreta in ista Ecclesia ab omnibus obseruentur: præsertim verò meminerit, non dominari in Clero, sed subditis tanquam filijs & fratribus paterna dilectione præesse; Seminarij pueros literis & pietate informandos, aliosq; in vniuersa sua Diocesi Doctrina Christiana, quæ est salutis fundamentum, instituendos curet. Cumq; verbi Dei alimento fidelis populi vita sustentetur, id illi per se, vel alios cū omni Caritate subministret. Multas pecuniarias locis pijs assignet, ad suamq; præcipuè curam pertinere arbitretur, providere, vt ipsa pia loca fideliter gubernentur, & pauperes, in quibus sentitur persona Christi, qui cum diues esset, vt nos ditaret, inops est factus, eleemosinis iuuat, omnibusq; in rebus commendatos habeat. Synodos quoq; iuxta Concilij eiusdem præscriptū celebret. Prouinciales autem quas habebit, ad Congregationem eidem Cōcilio interpretando à Sanctissimo Domino Nostro præpositam expendendas, & recognoscendas quam primum mittat. Quæ de eius Amplitudinis pietate, atq; in Apostolicam Sedem perspecta deuotione sperantes, omnipotentem & misericordem Deum rogamus, illam incolumem seruet, vt spatium, quod ad sanctorum liminum visitationem præscribitur, redeunte, hoc tam necessarium munus per se ipsa obire possit. Romæ die xxij. Decembris 1588.

Amplitudinis tuæ Vti frater A. Cardinalis Carafa.

Hæc habui, quæ de Tarentinis rebus à primis conditoribus ad nostra vsq; tempora scriberem: in ijs arbitror omnia fore lectoribus gratissima: atsi qua videbuntur ingrata, illa haud prætermissa omnes cogitent, ne traditæ ab alijs historiae rationes violarentur.

Finis Octauæ, & vltimi Libri.

I N D E X
RERVM MEMORABILIVM
QVAE IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

A BBATIAE in Tarentina Diocesi quot. folio. 220	Antonius Agellus. 182
Achæzorū legatio. 113	Antonius Arch. 223
Acus piscis. 96	Antonius Gennarius. 185
Adriaticum mare Tarentina aluit mœcia. 51	Antonius Orificius. 187
Aethræ vxoris Phalanthi lachrymæ. 32	Antonius Philimarinus. 49
Agelilaus cum filio puero ludebat. 59	Antonius Viduanus. 182
Agri Tarentini descriptio. 43. fertilitas. 87. Tēpe comparatur. 42. eius extensio. 46	Aphetor Apollo. 111
Albinus Cos. 124	Apodonia locus. 199
Aleces pisces. 97	Apollo in Archidamum iratus. 113
Alegria Gallorum dux. 192	Appius æcus. 127. eius oratio qualis. 129
Alemannus Archiepiscopus. 212	Aquila piscis. 95
Alexander Epixota. 113	Archias poeta. 73
Alexander Faccipicota Archiep. 211	Archidamus. 113
Alexandria quando condita. 114	Archiepisc. Tarent. à quo præsentatur. 219
Alexis Tarentinus. 66	Archimedis præstantia. 60
Alfonfus Aragonius Rex. 179. 180	Archytæ plures. 56
Alfonfus Tarentum munit, & eius filij. 185	Archytæ Tarentini liber de prædicamentis. 8.
Alga. 98	Archytæ Tarentini animi magnitudo. 56. man-
Almanac vnde. 17	luetudo. 55. quando cum Platone versatur. 55. æstimatio amicitia. 56. modestia. 56.
Alosa piscis. 96	Apophthegmata. 56. cõsiliū de memoria. 56. libri. 56. seruorum liberis oblectabatur. 59. Victoria. 59. inuenta. 59. discipuli. 60. à piratis captus. 64. mari obrutus 64.
Alouisus Lauredanus Venetus. 189	Arionis fabella. 116
Amasianus Episcopus. 200	Aristophilides Crotoniata. 54
Ambiguum. 11	Aristotelis opera spuria quæ. 38
Amor patriæ quantus. 3	Aristoxenus Tarentinus 66. eius opera, opinio de anima, præceptore. 66. dixit conuiciū in Aristotelem. 66. à Luciano dicitur parastus Nelei Regis 67.
Amydæi qui. 20	Aristoxenij. 67
Andreas Episcopus. 210	Arx Sarracena apud Tarentinos. 165
Andreas Ioannæ maritus. 174	Asculum. 132
Andreas Zancanius Venetus. 190	Asellus piscis. 97
Anechinus Mogominus. 178	Astrici. 97
Angariæ & Perangariæ nomen vnde. 11	Athena. B. Cataldi mater. 202
Angelus Archiep. 212	Atrelabus quid. 13
Anguilla piscis. 97	Auellana Tarentina. 91
Anna Columnia. 179	Aulon. 90
Annibal milites suos alloquitur. 145. 146. Tarentum ingreditur. 147. munit. 150. arcem obsidet. 151. à Campanis vocatur. 153. quid dixerit amicis. 158. Romanum præsidium occidit. 160.	A LENA. 100
Annus mundi, Olympias, dies, hora Romæ cõditæ. 2	Baphia iuxta Tarentum. 21. 90
	Baptista Arch. Tarent. 216

I N D E X.

Barium quis condiderit.	128	Comitialis morbus unde, & cur Hercules.	9
Baronophrius Episcopus Vritanus.	205	Conchæ quando Capiantur.	95
Basilica Diui Cataldi.	119	Conciliorum graecorum locus.	133
Basilinda quid.	11	Congrus.	17
Basilis Venus.	12	Consalvus magnus.	192
Basilus. 1. Arch. Tarent.	111	Consilium auctoris.	138
Basilus. 2. Arch. Tarent.	212	Conspiratio in Fidericum.	191
Beati Cataldi vita. 201. 207. eius Comites.	205. 206.	Constantia Bohemundi vxor.	169
Bellum aduersus Romanos à folio 118. vsque ad 158.		Constantia Henrici vxor.	170
Bellum contra Messapios.	111	Constantinus Imperator.	164
Bellum cum finitimis barbaris.	112	Contra inter se pugnant.	57
Bellum inter Lacedæmonios, & Messenios quædo ortum, & quare.	36	Coracinus.	96
Boca piscis.	99	Corallia Tarentina.	100
Bohemundi Principis Tarentinorum res gestæ.	168. 169. 170	Corinthii populi.	207
Bohemunduli, & Constantiæ matris priuilegia.	170	Cosmus Medicus.	59
Bouis Tarentini historia.	105	Crasitius Tarentinus.	79
Brafica in Vinetis non seminanda.	56	Cretenses.	27. 28
Brundisium quis condiderit. 28. 53. Tarento posterior. 40. portus 53.		Cupressanum vrbs.	194
Brundisiorum defectio à Gothis.	164	Cupressus Tarentina.	92
Buccinæ marinæ.	95	Curij laus.	173
C Aij cognomen apud Tarentinos unde. 8. 144.		Cyneas orator.	102. 121. 128. 129
Caij Fabricij legati virtus.	130	D Antia & Auxetia simulacra.	124
Caij Liuij Temulentia. 146. fuga. 149.		Decius magius.	124
Campani Annibalem vocant.	152	Delphines pisces.	100
Cancri quando capiuntur.	95	Delphinus & equus in Tarentinis numis.	82
Candelabrum Dionysij.	106	Demosthenes Atheniensis orator Tarenti moritur.	24
Candelabra Tarentina.	92	Dehtices pisces.	99
Carolus Andagauensis. 171. moritur Fogie. 172		Dester Megaden occidit.	125
Carolus Dirachinus capite plectitur.	175	Dichus vates.	202
Carolus Gallorum Rex.	185. 186. 187	Digitus veldastylus.	95. 97
Carolus V. Austriacus 196. eius priuilegia. 197		Dimisse mulieres quæ.	11
Castanæ Tarent.	92	Dinon Tarentinus.	68
Castellanetum.	194	Dionysius Dithyrambicus.	14
Catonis verba de sinu Tarentino.	40	Diui Cataldi aduentus. officium.	6. 7. 205
Cauarium unde & vbi fiat.	99	Donatus diui Cataldi frater.	205
Caupo quidam Tarentinus.	71	Dórica dialectus.	8
Cerbericius locus.	200	Dracones.	97
Cete piscis.	107	Drogones Episcopus Tarent.	208. 212.
Cicadæ.	97	Dux Calabriae quis dicebatur.	185
Ciconiæ gratæ exemplum.	104	E Cclesia Tarentina.	198
Citadella Turris.	188	Echini.	97
Citula.	96	Elisarius Archiep. Tarent.	212
Cleandria.	110	Ennij laus.	73
Cleanthes Tarentinus.	73	Eorum quæ sunt comprehensio.	58
Clearchus Reginus.	72	Epaminondæ præceptor.	73
Cocigges.	97	Epicureorum dogma.	130
Cochlearum genera.	95. 97	Episcopus Castellanetensis.	219
Cognoscendi facultates quatuor.	58	Episcopus Mutilensis.	219
Color saturus.	90	Epistolarum inscriptiones variæ.	64
		Eucadius Rex Tarentinorum. 54. Venator.	200
		Eucus 6. Cataldi pater.	202
		Eumenus Tarentinus Cytharedus, seu Euan-gelus.	69
		Euperpius qui & leucius Brundisiorum Episcopus.	205

Euro-

I N D E X.

Europæ laus.	4	Herachus Tarentinus.	70
F Abij dictum.	127	Herbæ Tarentinæ.	94
Fœdus inter Carthaginenses & Rom.	141	Hercules Tarentinos bello domuit. 35. eius statua. 83. 200. Iulus. 59.	
Fœdus inter Tarentinos, & Carthaginenses. 140. 141.		Hieronymus primus Archiep.	217
Fellinum oppidum.	205	Hieronymus 2. Archiep.	218
Ferdinandus primus Dux Calabriae. 181. eius priuilegia. 182. laudat Tarentinos. 183. vxor & filij ibidem. moritur. 184.		Hippotion Tarentinus.	217
Ferdinandus secundus.	186. 187. 189	Honorius Archiep.	210
Ferdinandus Fiderici filius. 192. Hispanis se dedit. 193. in Hispaniam ducitur. 194.		Horti Tarentini.	93
Ferdinandi Catholici priuilegium.	195	Hydruntum à quibus conditum. 28. à Turcis captum. 184. reparatur ab Alfonso 2. 184.	
Festa B. Cataldi.	209	I acobus Barbonius Ioannæ secundæ maritus. 177. Sfortiæ iratus. 178. Tarentinorum Princeps. 179.	
Ficus Tarentina.	92	Iacobus de Baucio Princeps Tarentinorum. 174. moritur Tarenti.	176
Fidericus Henrici & Constantiæ filius 170. 171		Iacobus 1. Archiep.	211
Fidericus Aragonius Rex. 189. fugit in Gal-liam, ibiq; moritur.	191. 192	Iacobus 2. Archiep.	213
Fluxus & refluxus aquarum.	49	Iacobus 3. Archiep.	214
Forma vrbs noua 51. antiqua. 49.		Iacobus 4. Archiep.	214
Fossa quando abscessa.	49	Iacobus 5. Archiep.	214
Franciscus Barchinonensis Arch.	213	Iacobus 6. Archiep.	214
Franciscus Caueotus.	87	Iccus Tarentinus.	68
Franciscus Columna Arch.	213	Ieiunium festum Nistia aliter.	3
Frater Franciscus Conzaga Episcopus.	207	Imbrices quando capiuntur.	95
Fruentariæ molæ struendæ.	49	Inquilini qui sint.	2
Fruentum Tarentinum.	93	Iululæ Tarentinæ.	50
G abrielis Francicani verba de sinu Tarentino.	42	Ioanna prima, de ea leges in folio 174. 175. 176.	
Gaiathe verba de sinu Tarentino.	43	Ioanna secunda, de ea vide. 177. 178. 179.	
Galesus flu. dulcis. 34. Phalanthius. 34. niger. 35. 46. Theramneus. 35. Lacedæmonius 35. Eurotas. 45. Galesus 45. unde sic dicatur. 46		Ioanna Caroli V. mater.	196
Galesus miles.	109	Ioannes Antonius Verlinus Princeps Tarentinorum.	179. 180
Georgius Suillus.	188	Ioannes Baptista Archiep.	216
Germanus Archiep.	210	Ioannes Bernardus Archiep.	215
Gerusius Archiep.	212	Ioannes Geuerra Comes Potentianus.	192
Giraldus 1. Archiep.	209	Ioannes Perellus.	77
Giraldus 2. Archiep.	211	Ioannes Pontanus.	182
Giraldus 3. Archiep.	212	Ioanaes 1. Archiep.	210
Giraldus 4. Archiep.	213	Ioannes 2. Archiep.	213
Gobius.	96	Ioannes 3. Archiep.	213
Gothorum historia.	162	Ioannes 4. Archiep.	215
Gregorius Archiep.	213	Ioannes 5. Archiep.	216
Gualterius 1. Archiep.	112	Ioannes 6. Archiep.	216
Gualterius 2. Archiep.	213	Ioannes Maria Pudericus Archiep.	217
Gulhelmus Siretus Card.	201. 210	Isabella Alfonfi filia.	185
H egesippus Tarentinus.	70	Isabella Ferdinandi primi vxor.	182
Henricus Rex sueuus Constantiam ducit.	170	Italiam qui prius habitauit.	27
Henricus primus Archiep.	213	Italiæ figura.	42
Henricus 2. Archiep.	217	Italiotæ.	18
Henricus 3. Archiep.	217	Iulij Solini verba de sinu Tarentino.	41
Heracleis mulier Tarentina.	104	Iulus Tarentinus.	74
Heracles Tarentinus.	69. 70	Iuno Eleutho cur. 15. moneta. 128.	

LaGa

I N D E X.

Laetrenuli.	97	Milo Romanis Tarentum tradit.	139
Ladillai Regis gesta, & priuilegia.	177.	Minucius Elephantem fau ciat.	126
Laelius Brancatius Archiep.	219	Momorum & Criticorum mores.	3. 4
Lampetra.	96	Monopolis expugnatur.	187
Lanę Tarentinę.	90	Monumenta mortuorum.	147
Lapis concauus.	199. 202	Mormiri pisces.	97
Latinus de Vrsinis Archiep.	216	Mortis descriptio.	10
Lauretus Tarentinus.	74	Mugiles pisces.	97
Leonardus Aleſius.	192	Mullus piscis.	99
Leonatus.	125	Murena piscis.	97
Leonidę Tarentini Epigrammata.	74	Museum Tarentinum.	146
Lexicon Gręcorum uocum, quibus Tarentini		Nassa retis genus.	98
vt suis utebantur.	8	Neptuni filij qui censeantur.	25. 26
Lingua B. Cataldi.	209	Nerua Tarentum relegatur.	108
Lingua B. Hieronymi.	209	Nestoris Pylis vita.	3
Lysis Tarentinus.	72	Nicephorus Imperator.	167
Locrenses Romanis se dedunt.	116	Nicephorus Architectus.	167
Loligenes.	100	Nico & Philomenus Tarentini.	144
Longum Collum Cephalis species.	99	Nicocles Tarentinus.	69
Lucernę.	6	Nicolaus primus Archiep.	212
Lucius Sanctus Foggianus.	8	Nicolaus secundus Archiep.	212
Ludi seculares.	38	Nicomachus.	66
Ludouicus Sfortia.	185. 186	Nuces Tarentinę.	91
Ludouicus Andreę frater cõtra Ioannę.	174. 175	Obſides Tarentini. 194. de saxo à Roma-	
Ludouicus Ioannę maritus.	175	nis detecti.	143
Ludouicus Archiepiscopus.	215	Oculata quando prouenit.	99
Lunę varietates.	29	Oebalia vna ex paręcijs.	108
Lupias quis condiderit.	28	Oenotrij populi.	27
Lupini.	97	Oenotrius dux.	40
M Agiftratus Tarentini.	81	Officium B. Cataldi.	210
Mago dux Carthaginienſium.	140	Olez Tarentinę.	91
Manacus quid.	17	Onetimus Macedo.	52
Manfredus princeps Tarent. eius facta.	171	Opum affluentia.	101
Manna in agro Tarentino.	93	Orationis vis.	121
Marcus Antonius Columna Archiep.	218	Orchestra quid.	14
Marci Antonij Colunę iudiciũ de Tarent.	50	Ochinus Caracciolus.	178
Marcus Aurelius Tarentum à patre missus.	8	Octo Ioannę primę quartus maritus.	175
Marcus Czenus Venetus.	188	Ouataricha.	98
Marcus Euangelista Tarentum cum Petro ap-		Oues Tarentinę.	89. 90
pulit. 198. eius miracula 200. Amalianum		Pacurius Hydrunti præfectus. 163. aduer-	
instituit Episcopum.	201	sus Ragnerium armatur. 164.	
Marinus Amalfitanus. Archiep.	214	Pacuius. 74. Tarenti moritur.	106
Macrhuuium oppidum.	43	Pagri.	97
Martina oppidum.	43	Panis Placenta Tarentina.	93
Martinalia apud Tarentinos.	99	Paręcię Tarentinę.	108
Massafra oppidum.	43	Parilia natalis Romanorum dies.	2
Mattheus Archiep.	214	Parthenię.	31. 32
Medicus Pyrrhi.	131	Pastinaca piscis.	95
Mel Tarentinum.	93	Patrię amor quantus.	3
Melanurus.	96	Paulus Regius Episcopus.	201
Menę quando Capiantur.	99	Pelamides pisces.	97
Menzana Iuppiter.	14. 15	Perca pisces.	96
Merulę.	97	Petrorum.	17
Messena quando fuit expugnata.	31	Petrus Apostolus Tarentum venit.	199
Messenij qui.	30	Petrus Aragonius.	172
Metapontini ad Annibalem deficiunt.	153	Petrus Nicossa.	195
Meton Tarentinus.	120	Phalanthus. 29. Octauus ab Hercule.	91

Phano-

I N D E X.

Phanodemus Tarentinus.	74	Romanorum Victoria de Tarentinis & Pyrrho	
Phileas Tarentinus.	143	vnde.	137
Philippi principis priuilegia.	174	Romanorũ clasis à Tarentinis superatur.	155
Philippus Archiepiscopus.	211	Romoaldus.	164. 165
Philippus Cialonius.	197	Romulus Romę conditor.	4
Philolaus Tarentinus.	73	S Al Tarentinus.	93
Philomeni dolus.	148	Salmiscus repetit à Dionysio Platone.	62
Pinnę.	97	Salpę pisces.	97
Piscandi artes.	82	Sanniones.	17
Piscatus Tarentinus.	94	Sannites aduersus Tarentinos.	114
Platonis consilium.	2	Sardę.	97
Platonis Epistolę ad Archytam.	63	Sargi. sarguli pisces.	99
Plinij verba de sinu Tarentino.	42	Sarraceni ad Italiam redeunt.	165
Politiarum genera.	78	Satureia vrbs.	21
Polypi.	97. 100	Saturum locus.	90
Porri Tarentini.	93	Satyri vnde dicti.	35
Posthumius Tebennius.	119	Scari piscis piscatio.	98
Primum bellum quod gesserit Tarentini.	110	Sciras Tarentinus.	70
Prochides Tarentinus.	72	Scombrus piscis.	96
Procopij verba de sinu Tarentino.	42	Scorpionis signum.	84. 85
Proletarij milites.	119	Scorpiones & scorpenę pisces.	97
Prytanęum.	106	Scymnus Tarentinus.	68
Pugilis cuiusdam Tarentini cursus.	72	Secunda pugna inter Pyrrhũ, & Romanos.	132
Purpura quid.	8	Seminarium Tarentinum à quo erectum.	218
Purpurę quando capiantur.	95. 97	Senex Capularis iuuenis factus apud Tarenti-	
Pyra Tarentina.	91	nos.	105
Pyrrhus Rex Epirota. 119. quare Tarentinos ad		Sepię pisces.	100
iuuit.	121	Sicilia duę quare.	48
Pyrrhi gesta res à folio 122. vsq; ad foliũ.	138	Siculorum conspiratio in Carolũ secundũ.	172
Pythagorę, qui & Archytę condiscipuli.	4	Sybaris oppidum.	201
Pythagoras quando in Italia.	64. 65	Sybilla Tarentina, potius Tyburtina.	74
Q Crispinus de Tarento sollicitus.	160	Sigonij verba de sinu Tarentino.	42
Q Fabius Maximus. 156. 157. 158.		Synager Philomeni socius.	146
159. 160.		Sinus Tarentinus.	39
R Aguerius Totilę præfectus.	163	Smarides quando capiantur.	99
Ragnerij defectio à Gotis.	163	Smicrinus Tarentinus.	72
Raualdus 1. Archiep.	211	Solearum diuersa nomina.	99
Rainaldus 2. Archiep.	213	Socratis iustus cum Lamprode.	59
Raymundus princeps Tarentinus.	170	Spari, sparuli.	99. 100
Rana, & alij agrestes pisces, qñ capiantur.	95	Spatha piscis.	100
Reliquę B. Cataldi deteguntur.	208	Spigule, siue lupi pisces. 96. eorũ ouataricha.	99
Rheginorum & Tarentinorum fœdus.	111	Spintharus Tarentinus.	73
Rhinthon Tarentinus.	70	Spongię.	96
Ribera prouincijs præfectus.	49	Spurij vnde dicti.	33
Robertus princeps Tarentinorum.	173	Statua Argentea. B. Cataldi.	209
Robertus alter Gregorio Archiepiscopo quid		Statua solis.	200
concesserit.	174	Stephanus Philomarinus Archiep.	211
Robertus Guiscardus capit Tarentum.	167	Strabonis verba de sinu Tarentino.	40
Rogerus Apulij comes.	168	Strato Tarentinus.	73
Rogerij secundij priuilegia.	170	Suffraganei Episcopi.	219
Rogerus Archiep.	209	T Arantasiensis, Vrbs Sebaudiõrum.	37
Rogerus alter Archiep.	213	Tarantellum.	97
Rolemānus Archiep.	209	Tarantinidion.	101
Romana Ecclesia cęterarum domina, parens,		Tarantula vermis.	107. 108
& magistra.	5	Tarantum Lucanię oppidum.	37
Romani bello egregij.	121	Taras fluuius.	45
Romanorum legatio ad Pyrrhum.	129	Taras Tarentũ cõdidit 4. quando. 21. obiit. 83	

Tarenti

I N D E X.

Tarenti latitudo, & longitudo.	33	Theodorus Tarentinus.	71
Tarenti & Romæ comparatio.	3. 4	Thurini ad Annibalem deficiunt.	153
Tarentinæ delitiæ.	101	Thynorum piscatio.	96
Tarentina dialectus.	9	Tinca piscis quando capitur.	96
Tarentini ordines.	84	Totpedo piscis quando capitur.	95
Tarentini comati. 84. i. Ichthyophagi. 94. inter se discordes.	149	Translatio B. Cataldi.	29
Tarentini Romanis tributarij.	161	Tributa Tarentina.	109
Tarentini à Brutijs & Lucanis infestantur. 114 classem Romanorum inuadunt. 118. Romanorum legatos iniuria afficiunt.	118	Trichæ pisces.	97
Tarentini Gallis se dedunt. 186. Venetis se dedere consulunt. 189. cum Fiderico Rege conueniunt. 190. ad Hispanos transeunt. 194. quid in Hydrunti reparatione fecerint. 184		Trichinus quæstus.	18
Tarentini milites quidam de Cælo tacti. 103		Trigla piscis.	99
Tarentini agri descriptio.	42	Triumphus de Tarentinis qualis.	138
Tarentinorū Imperatores. 4. pietas. 6. numus. 8. emporium. 40. democratia. 79. quærela aduersus Pyrrhū. 134. stratagemata. 116. legatio ad Sānites & Romanos. 117. potentia. 82.		Tu pronomen vnde.	18
Tarentinus versus.	36	Turrunda turris.	199
Tarentum, vel Terentum.	37	V allis sacræ descriptio in agro Tarent.	47
Tarentum an Calabriae Vrbs. 43. an Siciliae. 47. habuit diuersa nomina. 37. 38. cui signo sub sit. 39. vbi situm. 42. an in magna Græcia. 42		Vasa figlina.	93
Tarentum varijs Epitethis ornatum. 33. 34. 35. 36. 37. 101. instauratur, & capitur. Torila. 163. prouincia cum Salentinis.	161	Venenum Tarentinum.	93
Tellinæ quando capiuntur.	95	Venus armata.	31
Temenetida porta.	51	Vergilius Latinus Homerus.	3
Testudo piscis.	100	Vermes.	95
		Vertebrae, verticilli, vertibula quæ capiuntur.	95
		Victoria naualis in Echinadibus quando.	50
		Vina Tarentina.	92
		Vituli marini.	100
		Vitulus biceps.	105
		Vmbra piscis.	97
		Vngues quando capiuntur.	95
		Vria Vrbs à quibus condita.	28
		Vrince quando capiuntur.	95
		Vuæ Tarentinæ.	92
		Z eufis medicus Tarentinus.	69
		Zeufis pictor Tarentinus.	69
		Zyrruli.	97

Errata sic emendato.

Folio 3. lin. 7. substinuerit, lege, sustinuerit. sic & alibi. 3. 13. fabulantur, fabulantur. 3. 21. Græcorū, Græcorum. 3. 25. Oraroris, Oratoris. 3. 26. dicitur, dicitur. 3. 26. inhonestibus, inhonestius. 4. 26. Condicipulos, Condiscipulos. 4. 38. Aristophilipi, Aristophilidi. 5. 24. dum præcipue, Adde, patriam exorment? Tarentini. 5. 26. non ingloria, non inglorij. 5. 27. Dionisio, Dionysio. 6. 26. Hidrunto, Hydrunto. 7. 3. auctoritate, auctoritate. 7. 39. diuersisset, diuertisset. 8. 20. etim, enim. 12. 14. nascer, nascens. 16. 37. improbos medios, dele improbos. 30. 14. quingagesimus, quinquagesimus. 32. 15. aiecit, adiecit. 50. 30. nullis, nullius. 53. 32. insula, in insula. 61. 5. decebat, dicebat. 61. 27. philpophia, philosophia. 71. 3. atte, arte. 73. 12. possit, posset. 74. 2. alili, alibi. 79. 16. nullum, nullam. 80. 13. dedeti, dediti. 85. 12. Caniculus, Cuniculus. 86. 12. signis, signis. 90. 3. nullum, nullam. 95. 5. Adiatiki, Adriatici. 95. 16. eum, eam. 98. 30. pisci, piscis. 99. 18. parcarum, percarum. 102. 35. immoderatus, immoderatus. 115. 12. magnam, magna. 122. 29. præmeritur, premeretur. 126. 33. Pyrrhi, Pyrrhi. 135. 5. interfici, interfici. 153. 19. in mari, immani. 154. 1. redditam, redditam. 157. 25. quum, quam. 157. 37. insidis, insidijs. 188. 19. regnicolorū, regnicularū. 191. 26. petitiones, petitiones. 201. in foro, in choro. 27. Cōsaluus, Ioannes Hieronymus. 202. 1. eius, ciues. 206. 34. com, cum. 214. 17. Anuensa, Auersa. Cusani, Cassani.

R E G I S T R V M.

¶ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt duerniones, præter ¶ qui est ternio.

Imprimatur.

Flaminius Torcella Vicar. Gener. Neap.

M. Philocalus Pharaldus Carmelita vidit. Idem f. 94.

